



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

M. Fabii Quintiliani Institutionum Oratoriarum Libri Duodecim

Summa diligentia ad fidem vetustissimorum codicum recogniti ac restituti

M. Fab. Quintiliani Declamationes Undeviginti. M. Fabii Avi Et Calpurnii
Flacci Declamationes. Auctoris Incerti Dialogus De causis corruptae
Eloquentiae - Cvm Variorum Notis

Quintilianus, Marcus Fabius

Lugd. Batav. ; Roterodami, 1665

De Oratoribus Sive De Caussis Corruptae Eloquentiae, Dialogus.

urn:nbn:de:hbz:466:1-12889

DE

ORATORIBUS SIVE DE CAUSSIS CORRU- PTÆ ELOQUENTIÆ, DIALOGUS.

Qui ab aliis CORN. TACITO, à quibusdam M. FAB.
QUINTILIANO tribuitur.

CUM

*Rabodi Hermanni Schelii Commentario & selectis Pithœi, Lipsii,
Mureti, Pichœne, Acidalii, Frœmsheimii, Gronovii Notis.*

Sæpe ex me requiris, † Juste Fabi, cur cum priora
secula tot eminentium oratorum ingenis gloriaque ef-
floruerint, nostra potissimum ætas deserta, & laude
orbata, vix nomen ipsum oratoris retineat. neque
enim

Qui ab aliis C. TACITO.] Scripse-
ram ante annos octo ad veterum
Jurisconsultorum fragmenta, libentius
me hunc librum M. Fabii Quintiliani
de causis corruptæ eloquentiæ inscri-
pturum. Quod & sagacissimo elegan-
tissimoque Lipsio visum est. Nunc, ut
verum fatear, Tacito potius adseruerim,
sequutus non modo Pomponii Sabini,
sed & omnium exemplarium fidem.
Nec me jam stili ratio usque eo mover,
cum sciam pro ætate facile genus dicen-
di mutari: & quod adolescentis fuit læ-
tum, luxurians, profluens ac floridum,
senis fieri concisum, breve, grave, so-
brium ac maturum: quale ipsius Anna-
lium & Historiarum est, ad quæ scri-
benda jam senex sub Nerva animum
appulit. In hujus autem dialogi editio-
ne præter exemplar in Italia ante ali-
quot annos descriptum, maximo nobis
adjumento fuit Lipsii nostri diligentia,
qui sui in Tacitum commentarii apud
nos desiderio nunquam nisi sero satis-
facturus est. *Pithœus.* Tacitum fuisse
qui credam? Stilus valide abnuet, non
fallax in hoc genere argumentum. qui

in nostro, constrictus ubique, teres,
acutus, & severus magis quam lepidus:
hic omnia contra. At mutari is in ætate
aut argumento potest, inquit. Non
nego. Sed numquam ita, ut abeat pror-
sus à sese. Quidquid Cicero scripsit, se-
nex, juvenis, philologum, philoso-
phum, in iis tamen lineamenta quæ-
dam apparent ejusdem viri & vultus.
Nec aliter fit in omnibus nobis. Æta-
tem etiam vide, si non pugnat. Hic
scriptor sermonem hunc habitum indu-
cit sexto Flaviani imperii anno: eique
interfuisse se *admodum juvenem*. Quo-
modo vero tunc admodum juvenis Ta-
citus, si honores etiam cœpit sub Ve-
spasiano? id enim de se fatetur, & *di-
gnitatem* suam à *Vespasiano inchoatam*
ait Historiarum primo. Sed exemplaria
omnia Tacito adserunt. Quæ illa? vix
bina aut terna credo ea sese in omni Eu-
ropâ, quæ tam facile & pronum est hic
mentiri, quam in aliis libris sæpe. Sed
etiam Pomponius Sabinus. Ita etiam po-
litissimus doctissimusque Pithœus nos
docuit, Notis ad hunc libellum. Is igitur
Sabinus mediæ ætatis Grammaticus
in Car-

enim ita appellamus nisi antiquos. horum autem temporum disertis, *causidici*, & *advocati*, & *patroni*, & quidvis potius quam *oratores* vocantur. Cui percunctationi tuæ respondere, & tam magnæ quæstionis pondus excipere, ut aut de ingeniis nostris male existimandum sit, si idem assequi non possumus, aut de judiciis, si nolumus, vix hercule auderem, si mea sententia proferenda, ac non disertissimorum, ut nostris temporibus, hominum sermo repetendus esset. quos eandem hanc quæstionem pertractantes, ¹ juvenis admodum audivi. Ita non ingenio, ² sed memoria ac recordatione opus est, ut quæ à præstantissimis viris & excogitata subtiliter, & dicta graviter accepi, cum singuli ³ diversas vel easdem, sed probabiles causas afferrent, dum formam sui quisque & animi, & ingenii redderet,

in Carmen de obitu Mæcenatis: *Cornelius*, inquit, *Tacitus* appellat scripta *Mæcenatis* calamistros. Nec negare certe possumus, quin is locus hodieque in hoc libello existet. Quid dicam? serio & ingenue, nihil me credere huic ignobili Sabino, qui ex veteri verbo, somniavit fortasse quod voluit. Dico me nam aliis nihil præeo quid sequantur. Incommodi quid erit, si Tacito tribuamus; si M. Fabio Quintiliano, ut mihi olim visum est? Nam & stilus ipse plane geminus: & ille se *De causis corruptæ eloquentiæ* scripsisse plus uno loco fateatur. quem titulum valde appositum scio huic argumento. Præcipuam enim materiam & velut fundum scripti, hoc fuisse, evincunt illa quæ superant, & magis evincerent quæ à fine desunt. Ipse Maternus hic ad Messallam *Exprime nobis non laudationem antiquorum, sed causas, cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus.* Ætas tamen Quintiliani paulo grandior fuisse videtur, quam ut hic sermo illo juvene. Itaque ambigo, & cum multa dixerim, claudio tamen omnia & signo hoc responso, Mihi non liquere. *Lipsius.*

† *Iuste Fabi.* Hunc Fabium Justum amicum etiam minoris Plinii fuisse ex lib. 1. epist. 11. & lib. 7. epist. 2. intelligimus. *Gronovius.*

¹ *Juvenis admodum.* Hoc Taciti ætati magis congruit. Nam Fabius Domitium Afrum, qui sub Nerone periit, adolescentulo sibi notum fuisse ait. Et cum de Julio Secundo magnifice loquatur, lib. x. Inst. Aprum ac Maternum ne nominat quidem. Sed & de causis corruptæ eloquentiæ continuo libro, non dialogo, scripsisse videtur. Adde quod ne in iis quidem, quæ in isto deesse apparet, ullus locus est ampliori tractationi de hyperbole: & quæ de inventa primum declamandi ratione ille dixerat, hic paulo aliter exponuntur. *Pithæus.*

² *Sed memoria ac recordatione opus est.* Amat hic Scriptor bina ejusdem aut non multum differentis significationis vocabula conjungere, ut, *invidere & vivere, vetera & antiqua, Poetas & vates, Carmina & versus, juvenes & adolescentes, tueri & defendere, in publicum & in commune.* Quod quidem in Quintiliano tam frequenter non reperias. *Scholius.*

³ *Diversas vel easdem, sed probabiles.* Jam olim damnarunt has voces *vel easdem* Lipsius & Muretus, superesse eas arbitrati. Plane arbitrer ita quoque ipse, nisi forte ex iis mutandum: *diversas, sed easdem valde probabiles.* Vel, *diversas, sed eas valde probabiles.* *Acidalius.*

ret, iisdem nunc numeris, iisdemque rationibus persequar, servato ordine disputationis. neque enim defuit, qui diversam quoque partem susciperet, ac multum vexata & irrita vetustate, nostrorum temporum eloquentiam antiquorum ingeniis anteferet. Nam postero die quam ¹ accuratius ² Maternus Catonem recitaverat, cum offendisse ² potentium animos diceretur, tamquam in eo tragædiæ argumento sui oblitus, tantum Catonem cogitasset, eaque de re per urbem frequens sermo haberetur, venerunt ad eum M. Aper & Julius Secundus, celeberrima tum ingenia fori nostri: quos ego in judiciis non utrosque modo studiose audiebam, sed domi quoque & in publico affectabar, mira studiorum cupiditate, & quodam ardore juvenili, ut fabulas quoque eorum & disputationes, & arcana semotæ dictionis penitus exciperem. quamvis maligne plerique opinarentur, ³ nec Secundo promptum esse sermonem, & Aprum ingenio potius & vi naturæ, quam institutione & litteris famam eloquentiæ consecutum. ⁴ Nam & Secundo purus, & pressus, & ⁵ in quantum

tum

¹ Accuratius Maternus.] Farnes. Currius Maternus. Putabam, Curatius sed sententiam attendenti magis placet Currius: quod proprium nomen Materni poetæ fuerit. Lipsius.

² Maternus Catonem.] Dio lib. 67 in Domitiano: Ματέρων δὲ σφ. ε. λ. ο. π. κ. τ. τοῦ γένους ἐστὶ π. ἀσκῶν, ἀπὲκ- τειν. Gronovius.

³ Nec Secundo promptum esse sermonem & Aprum.] Non admodum diversa olim de Crasso & Antonio judicia fuisse scribit Cicero in 2. de Oratore. Crassum videlicet non plus attingisse doctrinæ quam quantum prima illa puerili institutione potuisset: M. autem Antonium omnino omnis eruditionis expertem fuisse. Nec alia ibi causa hujus opinionis adducitur quam hic; Sed fuit hoc, inquit, in utroque eorum, ut Crassus non tam existimari vellet non didicisse, quam illa despiciere & nostrorum hominum in omni genere prudentiam Græci anteferre. Antonius autem probabilior hoc populo orationem fore censebat suam, si omnino di-

dicisse nunquam putaretur, atque ita se uterque graviolem fore si alter contemneret, alter ne nosse quidem Græcos videretur. Schelius.

⁴ Nam & Secundo purus, &c. sermo non defuit.] Non defuit, inquit & de Apro, contemnebat. Ex quibus colligitur cum hic dialogus scriptus est, & Secundum & Aprum jam diem suum obiisse. Et Secundum quidem immatura morte & ante diem interceptum fuisse ex Quintiliano satis constat. Julio Secundo (inquit libro x cap. 1.) si longior contigisset ætas, clarissimum profecto nomen Oratoris apud posteros foret. Adjecisset enim atque adhibebat ceteris virtutibus suis, quod desiderari potest: id est autem, ut esset multo magis pugnant & sapius ad curam rerum ab elocutione respiceret. Ceterum interceptus quoque magnum sibi vindicat locum, & quæ sequuntur. Idem.

⁵ In quem.] Leg. in quantum: quod & Rhenanus monuit, cujus apud omnes literatos memoria grata esse debet & sancta. Sic infra, Credite optimi, & in quantum satis est disertissimi viri. Pich.

1 Aper

tum satis erat, profluens sermo non defuit: ¹ & Aper communi eruditione imbutus, contemnebat potius litteras quam nesciebat. tamquam majorem industriæ & laboris gloriam habiturus, si ingenium ejus nullis alienarum artium adminiculis inniti videretur. Igitur ut intravimus cubiculum Materni, sedentem ipsum, & quem pridie recitaverat, librum intra manus habentem, deprehendimus.

- 3 Tum Secundus: NILNE TE, inquit, Materne, fabulæ malignorum terrent, quo minus offensas Catonis tui ames? An ideo librum istum apprehendisti, ut diligentius retractares, & sublatis si quæ pravam interpretandi materiam dederunt, emitteres Catonem non quidem meliorem, sed tamen securiorem? Tum ille, LEGES tu quidem si volueris & agnosces quæ audisti. quod si qua omisit Cato, ² sequenti tractatione Thyestes dicet. Hanc enim tragœdiam disposui jam, & intra me ipse formavi. Atque ideo maturare libri hujus editionem festino, ut dimissa priore cura, novæ cogitationi toto pectore incumbam. Adeo te tragœdiæ istæ non satiant, inquit Aper, quo minus ³ omissis orationum ⁴ & caussarum studiis, omne tempus modo circa Medeam, ecce nunc circa Thyestem consumas? cum tot amicorum caussæ; tot coloniarum & municipiorum clientelæ in forum vocent, quibus vix sufficeres, etiam si non novum tibi ipse ⁵ negotium importasses, Domitium, &

Cato-

¹ *Aper communi eruditione imbutus.]* Mibi sententia magis suadeat, omni eruditione. Acidalius.

² *Sequenti tractatione.]* Lipsius: Fortasse: recitatione. Ipse Maternus infra, *Recitatione tragœdiarum famam se auspiciatum ait.* Paulo ante: *Sedentem ipsum & quem paulo ante recitaverat librum intra manus habentem, deprehendimus.* Possis & suspicari sequenti actione. Sed enim nihil moverum vulgatam: tractatio enim ipsa compositio. Cicero. *Si quo in libro vere est à nobis philosophia laudata, profecto ejus tractatio optimo atque amplissimo quoque dignissima est.* *περὶ ἡθικῶν* vocat Arist. Idem.

³ *Omissis orationum & curarum studiis.]* Monumenta & opera ingenii non raro, & quidvis aliud, in quod intenditur animus, curas appellant hic noster, Tacitus aliique ejus ævi scriptores: peculiariter autem si quarum rerum tractatio molestiarum & solitudinis multum habet. Curarum tamen studia durum ac insolens pro studiis. Legerim rerum, vel cum Lipsio *Causarum studiis.* Idem.

⁴ *Et caussarum.]* Al. *Et curarum:* ut supra, sive novam & recentem curam. Pithœus.

⁵ *Negotium importasses.]* Displicet vox *importasses.* Erat commodius, *imposuisse*

Catonem: id est, nostras quoque historias, & Romana nomina, Græcorum fabulis aggregares. Et Maternus, 4
Perturbarer hac tua severitate, nisi frequens ac assidua nobis contentio jam prope in consuetudinem vertisset. Nam nec tu agitare & insequi poëtas intermittis; & ego cui desidiam advocationum objicis, cotidianum hoc patrocinium defendendæ adversus te poëticæ exerceo. Quo lætor magis oblatum nobis judicem, qui me vel in futurum vetet versus facere, vel quod jam pridem opto, sua quoque auctoritate compellat, ut ²omissis forensium Musarum angustiis, in quibus satis mihi superque sudatum est, sanctiorem istam & augustiorem eloquentiam colam. Ego vero, in- 5
 quit Secundus, antequam me judicem Aper recuset, faciam quod probi & modesti judices solent, ut in his cognitionibus excusent, in quibus manifestum est, alteram apud eos partem gratia prævalere. Quis enim nescit, neminem mihi conjunctiorem esse & usu amicitiae, & assiduitate contubernii quam Salejum Bassum, cum optimum virum, tum absolutissimum poëtam? porro si poëtica accusatur, non alium video reum locupletiolem. *Securus* sit, inquit Aper, & Saleius Bassus, & quisquis alius studium poëticæ & carminum gloriam fovet, cum causas agere non possit. & ego enim quatenus arbitrum ³litis hujus inveni, non
 patiar,

posuisses: sed à literis longius abit. Credo fuisse imperasses. Acidalius. Livius libro 24. Discordia civilis quas importet elades. Lib. 39. ne quid ex conjurationes fraudis occulta aut periculi importarent. Gronovius.

1 *Aggregares.*] Lego, adgregare? Pith.

2 *Omissis forensium Musarum angustiis.*] Agrestioribus Musis, ut scribit Cicero, causas forenses, se relinquere Philosophi dicebant. *Omnis ubertas*, inquit, & quasi silva dicendi ducta ab illis est, nec satis tamen instructa ad forenses causas, quas, ut illi ipsi dicere solebant, agrestioribus Musis reliquerunt. Loquitur hic Maternus ille poëtices Patronus, qui eloquentiæ forensi paulo iniquior, advocationibus curas & sollicitudines & ne-

cessitatem quotidie aliquid contra animum faciendi, adscribit: qui forum insanum & lubricum, qui famam eloquentia forensis pallentem appellat. Quare dubitabam an non verius foret: *Forensium causarum.* Potest tamen fortasse tolerari etiam in ore Materni lectio vulgata, quia quod eloquentiæ huic dat sacro Musarum vocabulo, id iterum imminuit, adjiciendo, *angustis.* Schelius.

3 *Litis hujus inveniri.*] Hunc totum locum sic lego, Ego enim quatenus arbitrum litis hujus inveni, non patiar Maternum societate plurium defendi. Potest & legi, *Sollicitudine*, utrumque hoc sensu, Quando te, Secunde, hujus litis arbitrum nactus sum. Pithæus.

patiar, Maternum societate plurium defendi. sed & ipsum solum apud vos arguam, quod natus ad eloquentiam virilem & oratoriam, qua parare simul & tueri amicitias, adsciscere nationes, complecti provincias possit, ¹ omittit studium, quo non aliud in civitate nostra vel ad utilitatem fructuosius, vel ad dignitatem amplius, vel ad urbis famam pulchrius, vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari potest. Nam si ad utilitatem vitæ omnia consilia, factaque nostra dirigenda sunt, quid erit tutius quam eam exercere artem, qua semper armatus præsidium amicis, opem alienis, salutem periclitantibus, invidis vero & inimicis metum & terrorem ultro feras, ipse securus & velut quadam perpetua potentia ac potestate munitus? cuius vis & utilitas ² rebus probe fluentibus, aliorum præsidio & tutela intelligitur: sin ³ proprium periculum increpuit, non hercule lorica aut gladius in acie firmiter munimentum, quam reo & periclitanti ⁴ eloquentiæ ⁵ præsidium simul & telum, quo propugnare pariter & incessere, ⁶ vel in iudicio, sive in senatu, sive apud principem possis. Quid aliud infestis Patribus nuper Eprius Marcellus, quam eloquentiam suam opposuit? ⁷ qui accinctus & minax disertam quidem, sed inexercitam & ejusmodi certaminum rudem, ⁸ Helvidii sapientiam elu-

¹ *Amitit studium.*] Omittit rectius, etiam notaverat Muretus. *Acidalius.*

² *Rebus probe fluentibus.*] Livius VII. *Campanos quidem haud dubie magis nimio luxu fluentibus rebus mollitiaque sua, quam vi hostium viduos esse.* Tacitus *Annalium* xv. *Nec presentia prospere fluebant, quomodo & hic legendum monuit Lipsius. Schelius.*

³ *Proprium periculum increpuit.*] Alii libri irrepit. Sed hoc Farnesianum planissime verum est. Cicero in *Catilin.* *quicquid increpuerit, Catilinam timeri.* Livius: *unde si quid increpet terroris.* Lipsius.

⁴ *Eloquentiæ præsidium simul & telum.*] Melius & concinnius scribas elo-

quentia. Sic eloquentia præsidium & telum dicitur, ut lorica & gladius munimentum. *Acidalius.*

⁵ *Præsidium simul & telum, &c.*] Cicero de oratore: *Quid autem tam necessarium, quam tenere semper arma, quibus vel rebus ipse esse possis vel provocare integros & te ulcisci lacestis.* Schelius.

⁶ *Vel in iudicio.*] Mur. *sive in iudicio.* Leve hoc, sed tamen rectius. *Acidalius.*

⁷ *Qui accinctus & minax.*] Lego, *qua.* Præcessit, *eloquentiam suam opposuit.* Idem.

⁸ *Helvidii sapientiam elusit.*] Historia est apud Tacitum 4. *histor.* cap. 6. Gron.

eludit. Plura de utilitate non dico, ¹ cum præsertim minime contradicturum Maternum meum arbitrer. Ad voluptatem oratoriam eloquentiam transeo, ⁶ cujus iucunditas non uno aliove momento, sed omnibus prope diebus, & prope omnibus horis contingit. Quid enim dulcius libero & ingenuo animo, & ad voluptates honestas nato, quam videre plenam semper & frequentem domum concursu splendidissimorum hominum? idque scire, non pecuniæ, non orbitati, neque officii alicujus administrationi, ² sed sibi ipsi dari? illos quinimo orbos & locupletes & potentes venire plerumque ad juvenem & pauperem, ut aut sua aut amicorum discrimina commendent. Ullane tanta ingentium opum ac magnæ potentiæ voluptas, quam spectare homines veteres, & senes ³ & totius urbis gratia subnixos, in summa omnium rerum abundantia ⁴ confitentes id quod optimum sit se non habere? Jam vero qui togatorum comitatus & egressus! quæ in publico species! quæ in judiciis veneratio! quod gaudium confurgendi assistendique inter tacentes, in unum conversos! ⁵ coire populum, & circumfundi coram, & accipere affectum quemcumque orator induerit. Vulgata dicentium gaudia, & imperitorum quoque oculis exposita percenseo. Illa secretiora, & tantum ipsis orantibus nota, majora sunt. Sive accuratam medita-

¹ Cui parti minime contradicturum.] Sic Lipsius è Farnesiano: ita tamen, ut non male vulgatum antea fateatur, cum præsertim minime. Regessit igitur hoc Pichena, suos codices sic habere præfatus, sed tamen & ipse fassus non male in aliis legi, cui parti minime. At præceps Acidalius male fecisse Lipsium, cum illa verior & sensui structuraque sit accommodatior lectio. Quod nos ei credimus haudquaquam, & multo suavius exquisitiusque censemus: cui parti minime contradicturum Maternum meum arbitrer. Infra: Ne illi quidem parti sermonis ejus repugno. Gronovius.

² Sed sibi ipsi dari.] Malim, tibi ipsi. Idem.

³ Et totius orbis gratia.] Fuit cum legerem, totius urbis, vel ipsius orbitatis gratia. Amm. Marc. ut alios omittam: *Vilia omnia existimant præter orbos & cælibes, nec credi potest, quæ obsequiorum diversitate colantur homines sine liberis Romæ.* Pithæus.

⁴ Confitentes id quod optimum sit, se non habere.] Videtur dedisse auctor: *id quod apud te sit, se non habere.* Gronov.

⁵ Coire populum & circumfundi coram.] Lego: circumfundi coronam. Silius: *Cernis ut armata circumfundare corona Et vallet clausos collectus miles in orbe.* Schelius. *Coire populum, & circumfundere coram.* Deleo *ro* &, sed & emendo, *circumfundere coronam.* Acidalius.

meditatamque affert orationem, est quoddam sicut ipsius dictionis, ita gaudii pondus & constantia. sive ¹ novam & recentem curam non sine aliqua trepidatione animi attulerit; ipsa sollicitudo commendat eventum, & lenocinatur voluptati. Sed ² extemporalis audaciæ, atque ipsius temeritatis vel præcipua jucunditas est. Nam ingenio quoque, sicut in agro, quamquam alia diu ferantur atque elaborentur, gratiora tamen quæ sua sponte nascuntur.

- 7 Equidem ut de me ipse fatear, non eum diem lætiorem egi, quo mihi latus clavus oblatus est, vel quo homo novus & in civitate minime favorabili natus, quæsturam, aut tribunatum, aut præturam accepi: quam eos quibus mihi pro mediocritate hujus quantulæcumque in dicendo facultatis, aut reum prospere defendere, aut apud centumviro caussam aliquam feliciter orare, aut apud principem ipsos illos libertos & procuratores principum tueri & defendere datur. Tum mihi supra tribunatus & præturas & consulatus ascendere videor, ³ tum abire: quod si non in

alio

¹ Novam & recentem curam.] Pro oratione aut quovis scripto curam dicebant. Tacitus 3. annal. si effectus, in qua tendi, plures ad curas vitam produxero. Martialis 1. ep. 67. Secreta quare carmina & rudes curas. Epig. 108. Condere vitæ curas tentem per secula curas. Pro animus legi melius potest & fortasse debet animi. Idem.

² Extemporalis audacia atque ipsius temeritatis vel præcipua jucunditas est.] Maximus studiorum fructus est, velut præmium quoddam amplissimum longi laboris, ex tempore dicendi facultas, ut ait Fabius. Idem lib. x. c. 1. Vivunt enim omnia & moventur, excipimusque nova illa velut nascencia cum favore ac sollicitudine. Nec fortuna modo judicis, sed etiam ipsorum, qui orant, periculo afficimur. Idem: Ad dicendum etiam pudor stimulos addit, & dicendorum expectata laus, mirumque videri potest, quod cum stilus secreto gaudet atque omnes arbitros reformidet, extemporalis actio auditorum frequentia, ut miles congestu signorum, excitatur. Namque & difficiliorem cogitationem exprimit

& expolit (an expellit?) dicendi necessitas & secundos impetus auget placendi cupido. Adeo præmium omnia spectant, ut eloquentia quoque, quamquam plurimum habeat in se voluptatis, maxime tamen presenti fructu laudis opinionisque ducatur. Schelius.

³ Tum abire quod si non.] Hic locus valde corruptus est. Quid si interim legamus? Tum habere quod in alvo oritur, nec c. d. Pithæus. Tum abire quod si non in alio oritur.) Rodolphus: Tum supra me abire. Pithæus: Tum habere quod non in alio oritur. Lipsius, se hæc haud satis capere. Anne in albo voluit dicere & prætorum jus formulasque intellexit. Fortasse etiam: quod scilicet: (ita enim illud si diducam & extendam:) non in atrio moritur. Tentabam: Tum habere quod non in alios congeritur (vel conferitur:) nec in codicillis datur. Ut infra: Quia Vespasianus venerabilis senex & patientissimus veri bene intelligit ceteros quidem amicos suos niti iis, quæ ab ipso acciperint, quæque ipsi accumulare & in alios congerere promptum est; Marcellum autem & Crispum

alio oritur, nec in codicillis datur, nec cum gratia venit. Quæ fama & laus cujuscvis artis cum oratorum gloria comparanda est, qui non illustres in urbe solum apud negotiosos & rebus intentos, sed etiam apud juvenes & adolescentes, quibus morum indoles est & bona spes sui? Quorum nomina prius parentes liberis suis ingerunt? quos sæpius vulgus imperitum, & tunicatus hic populus transeuntes nomine vocat, & digito demonstrat? Advenæ quoque & peregrini, jam in municipiis & coloniis suis auditos, cum primum urbem attigerunt, requirunt ac vultus agnoscere concupiscunt. Ausim contendere, Marcel-
8
lum hunc Eprium de quo modo locutus sum, & Crispum Vibium (libentius enim novis & recentibus quam remotis & obliteratis exemplis utor) non minus esse in extremis partibus

Et Crispum attulisse ad amicitiam suam, quod non à Principe acceperint nec accipi possit. Possis etiam Pithœi conjecturam simpliciter interpretari. Nam plures illa sunt, quæ ab alio non accepimus. Aristoteles libro 3. de moribus, ait quod hoc à nobis ipsis habeamus atque adeo à primo ortu, quod abhorremus à vitiis, illud maximum esse ait & pulcherrimum καὶ ὁ πῶρ' ἐτέρως μὴ οἶον τε λαβείν μὴ δὲ μᾶθῆν. Idem Topicorum 3. magis concupiscendum esse dicit, quod ab alio accipi non possit, quam quod possit: καὶ ὁ μὴ ἐστὶ πῶρ' ἀλλὰ προσι-σσεσθαι, ἢ ὁ ἐστὶ πῶρ' ἀλλὰ. Schelius. Tum abire, quod si non in alio.] Legendum videtur: tum habere, quod, si non in animo oritur, nec in codicillis. Per codicillos intelligit principum literas, quibus administrationes mandabant. Tacitus in vita Agricolæ: codicillos, quibus ei Syria dabatur. Eiusmodi codicillorum in jure crebra mentio. Freinshemius.

1 Adolescentes quibus morum indoles est.] Muretus, quibus modo et indoles est. Acidalius, quibus et majorum indoles. Nihil patior mutari. Plautus Trinummo: Qui ipsus se contemnit, in eo est indoles industria. Corn. Nepos in Eumene: Fulgebant jam in adolescentulo indoles virtutis. Justinus lib. 39. in suorum quisque vesti-

gia intentis magna indoles virtutis enituit. Nam mores καὶ ἐξοχῶν boni mores. Ut apud Senecam Periere mores. Diximus in Observationibus. Itaque morum indoles, & indoles virtutis & indoles industria hic eadem res est. Gronovius.

2 Quibus morum indoles.] Cicero & Livius virtutum vitiorumque indolem quidem dixerunt: haud perinde tamen placet, quibus morum indoles, nec ad hunc facit locum. Romana editio, major indoles. Suspiciere legendum juvenes et adolescentes quibus majorum indoles et bona spes sui. Schelius.

3 Non minus esse.] Lipsius: Vox deest; quam à me repono: non minus esse notos in extremis. Sensu probò. id enim velle ostendit quod præcessit. Advena quoque et peregrini jam in municipiis et coloniis suis auditos cum primum urbem attigerunt, requirunt ac vultus agnoscere concupiscunt. Minus tamen audax fortasse sit: Non minus nosci in extremis, &c. Cicero in oratore: Ergo ex omnibus terris una Gallia communi non ardet incendio, in qua frueris ipse te, cum in Italia luce cognosceris, versarisque in optimorum civium vel flore vel robore. Posses interpretari non incommode τὸ εἶναι de fama eorum, quod in extremis quoque terrarum partibus sint fama & gloria nominis

partibus terrarum, quam Capuæ aut Vercellis, ubi nati dicuntur. ¹ nec hoc illis alterius ter millies ² sestertium præstat, quamquam ad has ipsas opes possunt videri eloquentiæ beneficio venisse. Ipsa eloquentia, cujus numen & cœlestis vis multa quidem omnibus sæculis exempla edidit, ad quantam usque fortunam homines ingenii viribus pervenerint. Sed hæc, ³ ut supra dixi, proxima, & quæ non auditu cœgnoscenda, sed oculis spectanda haberemus. Nam quo sordidius & abjectius nati sunt, quoque notabilior paupertas & angustia rerum nascentes eos circumsteterunt; eo clariora & ad demonstrandam oratoriæ eloquentiæ utilitatem illustriora exempla sunt. quod sine commendatione natalium, ⁴ sine substantia facultatum, neuter moribus egregius, alter habitu quoque corporis contemptus, per multos jam annos potentissimi sunt civitatis, ac donec libuit principes fori; nunc principes in Cæsaris amicitia, agunt feruntque cuncta: atque ab ipso principe cum quadam reverentia diliguntur. Quia Vespasianus venerabilis

minis sui. Siquidem *extrema terrarum partes* opponerentur *Roma*, id est, ei loco, in quo illi erant. At cum Capuæ & Vercellis, ubi præsentibus non erant, opponatur obscurior & minus apta hæc locutio videretur. Infra, *Hoc studio non aliud in civitate vel ad urbis famam pulchrius, vel ad totius imperii atque omnium gentium notitiam illustrius excogitari posse.* Ubi observa *urbis famam, imperii atque omnium gentium notitiam* non tantum significare famam, quam urbs habet, sed famam quam aliquis in urbe; *notitiam gentium* etiam dici innotescere gentibus; non tantum notitiam gentium habere. Utraque enim significatione hæc & similia multa usurpant Latini. Cicero in Pisonem. *Famne vides bellua, jamne sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ.* Idem.

¹ *Nec hoc illis alterius ter millies sestertium.* Lipius: in morbo locus & defectu, scribas & distinguas: *Nec hoc illis alterius ter millies, alterius bis millies* HS. Minus audax Rodolphi illud; *utriusque*

ter m. HS. Idem. *Nec hoc illis alterius.* Scriptum antiquitus fuisse existimo: *nec hoc illis alterius ter millies sestertium præstat.* Velut incertus, ad eamne summam ambo venerint, ita loquitur tamen, ut utrumque virtute eloquentiæ prædivitem factum facile doceat. Barthius 44. Advers. 8.

² *Sestertium præstat, quamquam ad has i. o. p. v. e. beneficio venisse: sed ipsa eloq.* Sic distinguendus est hic locus. Pithæus.

³ *Ut supra dixi.* Nihil tamen aliud supra dixit, nisi hoc; *Quid aliud nuper infestis patribus Eprius Marcellus quam eloquentiam suam opposuit.* Et paulo ante hæc ipsa: *Libentius enim novis & recentibus quam remotis & obliuiscatis exemplis utor.* Schelius.

⁴ *Sine substantia facultatum.* Substantia pro opibus mediæ ævi scriptoribus frequens. Nescio an à Græcis sumtum qui *σείος* vocabulo facultates designant, quod tamen *essentiam* interpretatur Quintilianus. Idem.

nerabilis senex & patientissimus veri bene intelligit, ceteros quidem amicos suos niti iis, quæ ab ipso acceperint, quæque ipsi accumulare, & in alios congerere promptum est: Marcellum autem & Crispum, attulisse ad amicitiam suam, quod non à principe acceperint, nec accipi possit. Minimum inter tot ac tanta locum obtinent imagines, ac tituli & statuae. quæ neque ipsa tamen negliguntur: tam hercule quam divitiæ & opes, quas facilius invenies, qui vituperet, quam fastidiat. His igitur & honoribus, & ornamentis, & facultatibus, refertas domos eorum videmus, qui se ab ineunte adolescentia caussis forensibus & oratorio studio dederunt. Nam carmina & versus, quibus totam vitam Maternus infumere optat (inde enim omnis fluxit oratio) neque dignitatem ullam auctoribus suis conciliant, neque utilitates alunt: voluptatem autem brevem, laudem inanem & infructuosam consequuntur. Licet hæc ipsa, & quæ deinde dicturus sum, aures tuæ, ô Materne, respuant, cui bono est, si apud te Agamemnon aut Jason diserte loquitur? quis ideo domum defensus, & tibi obligatus redit? Quis Saleium nostrum egregium poëtam, vel (si hoc honorificentius est) præclarissimum vatem deducit, aut salutat, aut prosequitur? Nempe si amicus ejus, si propinquus, si denique ipse in aliquod negotium inciderit, ¹ ad hunc Secundum recurret, aut ad te Materne, non quia poëta es, neque ut pro eo versus facias. hi enim Basso domi nascuntur, pulchri quidem & jucundi. quorum tamen hic exitus est, ut cum toto anno, per omnes dies, magna noctium parte, unum librum extudit & elucubravit, rogare ultro & ambire cogatur, ut sint qui dignentur audire: & ne id quidem gratis. nam & domum mutuatur, & auditorium exstruit, & subsellia conducit, ² & libellos dispergit: & ut beatissimus recitationem

¹ Ad hunc Secundum recurret.] Puto, decurret. Justinus lib. 16. iterato ad oraculum decurrunt. Et Ad Clearchum, quem

ipsi in exilium egerant, decurrunt. Gro-
novius.

² Et libellos dispergit.] Scriptum aliquod

nem ejus eventus prosequatur, omnis illa laus intra unum aut alterum diem, ¹ velut in herba vel flore præcepta, ad nullam certam & solidam pervenit frugem: nec aut amicitiam inde refert, aut clientelam, aut mansurum in animo cujusquam beneficium, sed clamorem vagum, & voces inanes, & gaudium volucre. Laudavimus nuper ut miram & eximiam Vespasiani liberalitatem, quod quingenta festertia Basso donasset. Pulchrum id quidem, indulgentiam Principis ingenio mereri; quanto tamen pulchrius, si ita res familiaris exigat, se ipsum colere, suum genium propitiare, suam experiri liberalitatem? Adjice quod poëtis, ² si modo dignum aliquid elaborare & efficere velint, relin-

Quod recitaturi libellos spargere atque in publico proponere solebant, ut quam plurimos auditores ad diem prædictam convocarent: amicos autem per codicillos sive epistolas aut voce ipsa invitabant. Plinius lib. 3. epist. 18. *Tichena.*

¹ *Velut in herba vel flore præcepta.*] Percepta est in editione Quintilianii Stoe-riani: sed nihil mutandum. Sic enim passim boni auctores. Ovidius Fastorum IV. *Tosta sitit tellus præcipiturque seges.* Virgilius: *Si lac præceperit æstas.* Possis tamen etiam præcepta. Schelius.

² *Si dignum aliquid elaborare & efficere velint.*] Ego autem sicut in causis agendis efficere aliquid & eniti fortasse possum. Quintilianus: *Ne perderem qua jam effecta erant, per omnes difficultates animo me sustentavi.* Sic efficere literas est Quintiliano exprimere & perfecte reddere sonum earum. Lib. I. cap. XI. *In primis vitia si qua sunt oris emendet ut expressa sint verba, ut suis quaque litera sonis enuntientur. Quarundam enim vel exilitate vel pinguedine nimis laboramus, quasdam velut acriores parum efficimus, & aliis non dissimilibus, sed quasi hebetioribus, permutamus.* Cicero: *ut virilis tua vox aliquid possit significare, quid nam effectura videatur.* Paulo aliter Quintilianus libro VI. *Tum si qua minus fuerint effecta, iis, qua levius adhuc adstricti cæperamus, imperitia aut fortune remittantur.* Ubi vitiosa illa postrema nemo non videt: emendatio fortassis haud perinde

facilis. Veniebat in mentem *injuriam fortunæ.* Cicero de natura deorum lib. I. *Hortata est etiam ut me ad hæc conferrem animi egritudo, fortunæ magna & gravi commota injuria.* Quam conjecturam ut nemini obtrudere pro vera velim, ita à sensu tamen fortassis non multum aberrat. quippe sibi tanta vi fortunæ percussio veniam dari postulat, si qua ingenium debilitatum sit; *injuriam fortunæ remittantur*, ut dicimus: ignoscas occupationibus, &c. Adscribam sequentia, ut ibi saltem Quintilianum ab aliquo mendo purgem. *Qua, si quid mediocrium alicui nostro ingenio virum fuit, ut non extinxerit, debilitavit tamen. Sed vel propter hoc nos contumacius erigamus, quod illam ut perferre nobis difficile est, ita facile contemnere. Nihil enim sibi adversus me reliquit & infelicem quidem, sed certissimam tamen attulit ex his malis securitatem.* Boni autem consulere nostrum laborem vel propter hoc certum est (Cæcum, unde Muretus & Gulielmius æquum. *Scribe, æquorum est vel cæcorum est.* Nam filio scripserat, ut jam audierimus, in quo erudiendo duplex cura à Quintiliano postulabatur tanquam à parente & magistro. hujus respectu cæcorum esse ait boni consulere:) *quod in nullum jam proprium usum perseveramus, sed omnis hæc cura ad alienos, ut alienis utilis, (si modo quid utile scribimus:) spectat. Nos miseri sicut facultates patrimonii nostri, ita hoc opus, aliis preparavimus.*

relinquenda conversatio amicorum, & jucunditas urbis, deferenda cætera officia, utque ipsi dicunt, *in nemora & lucos*, id est, in solitudinem recedendum est. Nec opinio 10 quidem & fama cui soli serviunt, & quod unum esse pretium omnis sui laboris fatentur, æque poëtas quam oratores sequitur. quoniam mediocres poëtas nemo novit, bonos pauci. Quando enim rarissimarum recitationum fama in totam urbem penetrat? nedum ut per tot provincias innotescat. Quotus quisque cum ex Hispania vel Asia, ne quid de Gallis nostris loquamur, in urbem venit, Saleium Bassum requirit? atque adeo si quis requirit & semel vidit, transit & contentus est: ut si picturam aliquam vel statuam vidisset. Neque hunc meum sermonem sic accipi volo, tamquam eos quibus natura sua oratorium ingenium dene- gavit, deterream à carminibus, si modo in hac studiorum parte oblectare otium & nomen inferere possunt famæ. ego vero omnem eloquentiam omnesque ejus partes sacras & venerabiles puto: nec solum cothurnum vestrum, aut heroici

mus: aliis relinquemus. ita scripsit; non praparamus. jam enim fato functo filio non poterat dicere se aliis præparare, aliis relicturnm. Janus Guilielmus volebat properabamus. ait enim supra se festinasse metu mortalitatis suæ. Sed hoc minus quadrat in id, quod præcessit de facultatibus patrimonii. Idem.

1 *In nemora & lucos, id est, solitudinem, recedendum.] Malim secedendum. ut infra: Secedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque sedibus sacris. Item Quintilianus lib. x. c. 7. Stabitne mutus & salutarem petentibus vocem statim, si non succurratur, perituris moras & secessum & silentium queret, dum illic (ita scribe. vulgo illa:) verba fabricentur & memoriæ insidant & vox ac latus præparatur. Noster: Malo secretum & securum Virgilii secessum. Carmina secessum scribentis & otia quarunt. Fabius lib. x. c. 5. Ideoque mihi videtur M. Tullius tantum intulisse eloquentiæ lumen, quod in hos quoque studiorum secessus excurrit. Corruptum hoc ipsum verbum apud Fabium in x. c. 1. Germanicum Augustum ab in-*

stitutis studiis deflexit cura terrarum parumque diis visum est esse eum maximum poëtarum. Quid tamen iis ipsis ejus operibus in qua donatus imperio (scribe donato imperio, ut monuit pridem, vel natus imperio:) juvenis secesserat, (ita enim legendum. vulgo successerat:) sublimius, doctius, omnibus denique numeris præstantius? Recessus tamen & secessus aliquando à veteribus confundi videntur, ut alibi ostendimus. Apud Tacitum historiarum primo, repositus etiam pro sepositus: ubi de Muciano. Insignes amicitias juvenis ambitiose coluerat, mox attritis opibus lubrico statu, suspecta etiam Claudii iracundia, in secretum Astæ repositus tam prope ab exule fuit quam postea à principe. Lege inquam sepositus, ut fere in re simili dixit hoc ipso libro: Specie legationis seposuit. item, Tanquam in insulam Scipio seponeretur. Rursus, Sepositus per eos dies Cornelius Dolabella in Coloniam Aquinatem, libro 11. In Coloniam Aquinatem sepositum ab Othone. Suetonius: Sepositus per causam legationis. Idem.

heroici carminis sonum, sed lyricorum quoque jucunditatem, & elegorum lascivias, & jamborum amaritudinem, epigrammatum lusus, & quamcumque aliam speciem eloquentia habeat, anteponendam cæteris aliarum artium studiis credo. sed tecum mihi Materne res est, ¹ quod cum natura tua in ipsam arcem ² eloquentiæ ferat, errare mavis, & summa adeptus, in levioribus subsistis. Ut si in Græcia natus esses, ubi ludicras quoque artis exercere honestum est, ac tibi ³ Nicostrati robur ac vires dii dedissent, non paterer immanes illos & ad pugnam natos lacertos, levitate jaculi aut jactu disci vanescere: sic nunc te ab auditoriis & theatris, in forum & ad causas, & ad vera proelia voco. cum præsertim ne ad id quidem confugere possis, quod plerisque patrocinator, tamquam minus ⁴ obnoxium sit offendere poetarum quam oratorum studium. Effervescit enim vis pulcherrimæ naturæ tuæ, nec pro amico aliquo, sed quod periculosius est, pro Catone offendis. nec excusatur offensa necessitudine officii, aut fide advocationis, aut fortuitæ & subitæ dictionis impetu: meditatus videris elegisse personam notabilem; & cum

aucto-

¹ Quod cum natura tua in arcem eloquentiæ ferat, errare mavis.] Lucretius: Munita tenere

Edita doctrina, sapientum templa serena. Despicere unde alios quirent passimque videre

Errare atque viam palantes quærere veri. Sed cum addat noster, Et summa adeptus in levioribus subsistis, dubito an fuerit: herere mavis. Suetonius Augusto. Circa libidines hæsit, postea quoque, ut ferunt, ad vitandas virgines prior quæ sibi undique etiam ab uxore conquirentur.

Quicquid apud dura cessatum est menia Troja

Hæctoris Aneæq, manu victoria Grajæ, Hæsit, & in decimum vestigia rettulit annum.

Cicero Acad. Quæst. iv. Ad quamcumque sunt disciplinam quasi tempestate delati, ad eam tanquam ad saxum adherescunt. Quintilianus: Atque plerosque vi-

deas hærentes circa singula, & dum inveniunt & dum inventa ponderant ac dimittuntur. Idem.

² Eloquentia ferat, errare mavis & summa adeptus.] Credam melius: eloquentia te ferat, errare mavis & summa adepturus. Acidalius.

³ Nicostrati robur.] De quo Quintilianus lib. 2. cap. 9. At si fuerit, qui docebitur, ille, quem adolescentes senem vidimus, Nicostratus: omnibus in eo docendi partibus similiter utetur, efficietque illum, qualis hic fuit, luctando pugnandoque (quo utroque certamine iisdem diebus coronabatur) invictum. Quod ipsum suadet de Quintiliano libelli hujus auctore. Ac de Nicostrato palæstrita etiam Pausanias in Eliacis. Lipsius.

⁴ Obnoxium sit offendere.] Nescio quid in hac lectione inconcinnum: nec dubito, quin auctor scripserit: obnoxium sit offensa. Acidalius.

1 Sentio

auctoritate dicturam. ¹ Sentio quid responderi possit. ² hinc ingentis ex his assensus, hinc in ipsis auditoriis præcipue laudari, & mox omnium sermonibus ferri. Tolle igitur quietis & securitatis excusationem, cum tibi sumas adversarium superiorem. nobis satis sit privatas & nostri sæculi controversias tueri, in quibus expressis ³ si quando necesse sit pro periclitante amico potentiorum aures offendere, & probata sit fides, & libertas excusata. Quæ cum ¹¹ dixisset Aper acrius, ut solebat, & intento ore: remissus & subridens Maternus, PARAVI, inquit, me non minus diu ⁴ accusare oratores, quam Aper laudat. Fore enim arbitrabar, ut à laudatione eorum digressus detrectaret poëtas, atque carminum studiū prosterneret: arte quadam mitigavit, concedendo his qui causas agere non possent, ut versus facerent. Ego autem sicut in causis agendis ⁵ efficere aliquid & eniti fortasse possum, ita recitatione tragœdiarum ⁶ ingredi famam auspiciatus sum, tum quidem cum in Nerone ⁷ improbam & studiorum quoque sacra profanantem vaticinii potentiam fregi: & hodie si quid in nobis notitiæ ac nominis est, magis arbitror carminum quam orationum gloria partum. ac jam me sejungere à forensi labore constitui, nec comitatus istos & egressus aut fre-

¹ Sentio quid responderi possit.] Hic locus asterisco mihi indigere videtur. Pithæus.

² Hic ingentis ex his assensus, hinc in ipsis.] Pithæus & Lipsius locum hunc asterisco notant quasi defectum, sed nulla ni fallor causa. Scribe: Hic ingentes excitari assensus, hic in ipsis, &c. Plinius ep. iv. Disponit qui nuntiant sibi quem assensum, quos clamores excitarim. Possis etiam: hinc ingentes existere assensus. Schelius. Hinc ingentes ex his assensus.] Placet Acidalii existere. Sed quod sequitur, mirum est neminem notasse scribendum: hæc in ipsis auditoriis præcipue laudari, & mox omnium sermonibus ferri. Gronovius.

³ Si quando necesse sit expressis.] Af-

sentior Lipsio legenti necessitas expressit. Fabius l. x. c. vii. Namque & difficiliorum cogitationem exprimit & expellit dicendi necessitas. Schelius.

⁴ Accusare oratores quam Aper laudat.] Lipsius, Laudare. Scripserim: Laudavit. Idem.

⁵ Efficere aliquid & eniti.] Cicero divinatione in Q. Cæciliam. in quo ego quid eniti aut efficere possim. Idem.

⁶ Ingredi famam.] Tacitus. Primas dominandi spes in arduo ubi sis ingressus adesse studia & ministros. Idem.

⁷ Improbam & studiorum quoque sacra profanantem vaticinii.] Scribendum, cum in Nerone improbatam & studiorum quoque sacra profanantem Vatinii potentiam fregi, diximus ³ Observ. 4. Gronov.

¹ Et fre-

¹ frequentiam salutationum concupisco: non magis quam æra & imagines, quæ etiam me nolente in domum meam irruperunt. Nam ² statum hujusque ac securitatem melius innocentia tueor quam eloquentia. nec vereor, ne mihi umquam verba in senatu nisi pro alterius discrimine facienda sint. ³ Nemora vero, & luci, & secretum ipsum quod Aper increpabat, tantam mihi afferunt voluptatem, ut inter præcipuos carminum fructus numerem, quod nec in strepitu, nec sedente ante ostium litigatore, nec inter sordes ac lacrymas reorum componuntur: sed secedit animus in loca pura atque innocentia, fruiturque sedibus sacris. Hæc eloquentiæ primordia, hæc penetralia: ⁴ hoc primum

¹ *Et frequentiam salutationum.] Nescio an scripserit, salutantium? supra Aper: Quid enim dulcius libero & ingenio animo & ad voluptates honestas nato quam videre plenam semper & frequentem domum concursu splendidissimorum hominum? Schelius.*

² *Statum cujusque ac securitatem.] Malo, statum hucusque. De se loquitur: & respondet illi parti Aprinæ orationis, quæ eloquentiam telum esse voluit ad pericula omnia propulsanda. Lipsius.*

³ *Nemora vero & luci & secretum ipsum tantam mihi afferunt voluptatem.] Quintilianus libro x. c. 111. Secretum atque liberum arbitrii locum & quam altissimum silentium scribentibus maxime convenire nemo dubitaverit. Non tamen protinus audiendi, qui credunt aptissima in hoc nemora sylvasque quod illa loci libertas iocorumque amenitas sublimem animum & beatiorum spiritum parent. (reponendum pariant.) Cicero de orat. 2. Ea (res & sententiæ) vi sua verba parient, quæ semper satis ornata mihi quidem videri solent, si ejusmodi sunt, ut ea res ipsa peperisse videatur. Mihi certe jucundus hic magis quam studiorum hortator videtur esse secessus. Et mox. Quare sylvarum amenitas & præterlabentia flumina & inspirantes ramus arborum aure volucrumque cantus & ipsa late circumspiciendi libertas ad se trahunt, ut mihi remittere potius voluptas ista videatur cogitationem quam intendere. Schelius.*

⁴ *Hoc primum habitu cultuque commoda mortalibus.] Adscribitur in Lips. commodata. vel. comta. lege, commendata. Fab. 1.8.c.3. Cultu atque ornatu se quoque commendat qui dicit. Idem l. 1.c.6. Vetera majestas quadam & ut sic dixerim religio commendat. Infra noster: Ipsos quoque nervos rubor tegit, ac decor commendat: & habitum & cultum etiam Tacitus conjungit Annalium 1. quædam de habitu cultuque & institutis ejus jecerat. & 11. Cultu habituque ejus lenibus verbis perscripto. Et Statius. Cæli prædiscere morem Cura sit & patrios cultus habitusque locorum. Merito autem dixit, hoc primum habitu cultuque commendatam mortalibus eloquentiam, cum apud ignotos eosque quibus satis nota non sunt, commendatione egeant virtus & præclaræ dotes, non autem apud eos quibus penitus perspexit. Martialis.*

Hoc satis est: alios commendat epistola. peccat

Qui commendandum se putat esse suis. Barthius legit, se putat esse sibi. Est quidem in eo acumen. Plinius Tacito: Commendas mihi Julium Nasonem candidatum. Nasonem mihi? quid si me ipsum. Ego tamen in hoc loco correctionem istam recipiendam vix arbitror: quantumvis specie ingenii blandiri videatur. Primum enim non dixerat Julium alterum se: quod videtur debuisset dicere quo acumen istud vim haberet. Sed Marcus avere jubet. Deinde qui se sibi com-

primum habitu cultuque commoda mortalibus, in illa casta & nullis contacta vitiis pectora influxit. sic oracula loquebantur. ¹ Nam lucrosæ hujus ² & sanguinantis eloquentiæ usus, recens, & malis moribus natus, atque, ut tu dicebas Aper, in locum teli repertus. Ceterum felix illud, &, ut more nostro loquar, aureum sæculum, & oratorum & criminum inops, ³ poëtis & vatibus abundat, qui bene facta canerent, non qui male admiffa defenderent. Nec ullis aut gloria major, aut augustior honor: primum apud deos, quorum proferre responsa & interesse epulis ferebantur: deinde

commendat, is non tam peccat, quam errat, quam ineptam & absurdam & minime necessariam rem facit. At qui se putat apud suos commendandum, is lædit quodam modo jus officii, & cum dubitet de amici erga se voluntate, peccat. Hunc sensum veriore arbitror.

Cultus autem (quem Græci Κόσμον appellant.) Aristoteles etiam Poëtas primos auctores facit dicitque eos commovisse orationem. Aristoteles Rhet. 3. Αὐξάνω μὲν ἐν κινήσει τὸ πρῶτον, ὡς περ πέφυκεν, οἱ ποιηταί. Quem imitatus est Plutarchus Solone: ἄρχων μὲν δὲ τῶν ἀπὸ τῆς Θέσπις ἰδὴ τὴν τετραγώνου κινεῖν. Commotam Historiam Cicero eodem sensu dixit in Bruto verbis Theophrasti: de Herodoto & Thucydide: Alter enim sine ulla salebris quasi sedatus annis fluit, alter incitator fertur & de bellicis rebus canit etiam quodam modo bellicum: primisque ab his Historia commota est, ut auderet uberius, quam superiores, & ornatus dicere. Hic noster intra, novis eloquentiæ itineribus opus esse cum vulgata & domestica in fastidio sint: externa & nova homines admirantur. Διὸ δὲ, inquit Aristoteles, ποιεῖν ξένην τὴν ἀλέκτερον. Θωμασταὶ γὰρ δῶπντων εἰσιν. Idem.

¹ Nam lucrosæ hujus & sanguinantis eloquentiæ usus malis moribus natus.] Malos oratores, qui subito divites evaserunt, sacrilegis & sycophantis jungit. Aristophanes Pluto.

Ἐπερὶ δὲ ἐπὶ τῶν ἱερῶν τοῖς ἱερέσιν.

Καὶ συκοφάνῃ καὶ πονηρίῃ.

Demosthenes ipse. ὅν οἱ μὲν ἐν πτωχῶν πλάστοι μεμύνασι, οἱ δὲ ἐξ ἀδίκων ἐμπροσθί. ἔνιοι δὲ τὰς ἰδίας οἰκίας τῶν δημοσίων οἰκοδομημάτων σεμνοτέρως εἰσὶ κατεσκευασμένοι, ὅσα δὲ τὰ τὴν πόλεως ἐλάττω γένησι, τὰ πάντα τὰ τῶν ἡυξήτων. Sed hæc in potentes si dicantur, Calumniæ sunt, his quidem moribus, quantumvis vera sint, καὶ οἱ μὲν ληστὰς, αὐτοὶ δὲ αὐτὰς ποριστὰς καλῶσι νῦν, ut de suo ævo scribit Philoſophus in tertio Rhetor. Idem.

² Et sanguinantis eloquentiæ.] Fortasse, & sanguinantis, uti ad commodum lucrumve hæc tantum referat. Nam sanguinare probum quidem verbum, sed non aliud quam sanguinem emittere. Artus sanguinantes, vulnera sanguinantia, in Quintilianæ declamationibus mihi lecta. Quæ significatio parum hic apta, si ad accusationes & sanguifugam illa eloquentiam respexit. Lipsius.

³ Poëtis & vatibus abundat, qui bene facta canerent.] Quintilianus lib. 1. c. 10. Timagenes auctor est, omnium in literis studiorum antiquissimam Muscæ extitisse & testimonio sunt clarissimi poëtæ, apud quos inter regalia convivia laudes heroum ac deorum ad citharam canebantur. Schemlius. Poëtis & vatibus abundat.] Manifeste legendum abundabat. Sicque Murerus. Acidalius.

1 Deinde

1 deinde apud illos diis genitos sacrosque reges, inter quos neminem caussidicorum, sed Orphea ac Linum, ac si introspicere altius velis, ipsum Apollinem accepimus. vel 2 si hæc fabulosa nimis & composita videntur, illud certe mihi, concedis Aper, non minorem honorem Homero quam Demostheni apud posteros: nec angustioribus terminis famam Euripidis, aut Sophoclis, quam Lyfiæ aut Hyperidis includi. plures hodie reperies qui Ciceronis gloriam, quam Virgilii detrectent. Nec ullus Asinii aut Messallæ liber tam illustris est, quam Medea Ovidii, aut Varii Thyestes. Ac ne fortunam quidem vatum 3 & illud felix contubernium, comparare timuerim cum inquieta & anxia oratorum vita. licet illos certamina & pericula sua ad consulatus evexerint: malo securum & secretum VIRGILII secessum, in quo tamen neque apud divum Augustum gratia caruit, neque apud populum Romanum notitia. Testes Augusti epistolæ, testis ipse populus, qui auditis in theatro versibus Virgilii, surrexit universus, & forte præsentem spectantemque Virgilium veneratus est, sic quasi Augustum. Ne nostris quidem temporibus, Secundus Pomponius Afro Domitio, vel dignitate vitæ, vel perpetuitate famæ cesserit. Nam Crispus & Marcellus, ad quorum exempla me vocas, quid habent in hac præsentis fortuna concupiscendum? an quod timent? an quod timentur? quod cum cottidie aliquid rogentur, hi

1 Deinde apud illos diis genitos sacrosque Reges inter quos neminem caussidicorum sed Linum.] Quintilianus: Orpheus & Linus, quorum utrumque diis genitum, alterum vero quod rudes quoque & agrestes animos admiratione mulceret, non ferarum modo, sed saxa etiam sylvasque duxisse posteritatis memoria traditum est. Schel

2 Si fabulosa hæc & composita.] Tacitus Agricola. Sive verum illud, sive ex ingenio perperis fictum & compositum est. Fabius: Nam illa, quæ curam fatentur, ficta & composita etiam videri volunt: ubi tamen nescio an verius sic, facta.

Cicero in Bruto. Sed ut intellectum est, quantam vim haberet accurata & facta quodammodo oratio. Idem in oratore: Omitto Isocratem discipulosque ejus Ephorum & Naucratem quanquam orationis faciendæ auctores locupletissimi. Idem

3 Et illud felix contubernium.] Aut vitium hic aut lacuna. Cogitabam: & illud secum contubernium. Ex Horatio, Tecum habita. Explicat mox securum & secretum secessum. Cicero ad Curionem: tecum loquere: te adhibe in consilium: te audi, tibi obtempera. Gronovius.

'hi quibus præstant indignantur? quod alligati cum adulatione, nec imperantibus umquam satis servi videntur, nec nobis satis liberi? Quæ hæc summa eorum potentia est? tantum posse liberti solent. Me vero dulces, ut Virgilius ait, *Muse*, remotum à sollicitudinibus, & curis, & necessitate cottidie aliquid contra animum faciendi, in illa sacra illosque fontes ferant: nec insanum ultra & lubricum forum famamque pallentem trepidus experiar. non me fremitus salutantium, nec anhelans libertus excitet: nec incertus futuri, testamentum pro pignore scribam: nec plus habeam, quam quod possim cui velim relinquere, ² quandocumque fatalis & meus dies veniet. statuarque tumulo non mœstus & atrox, sed hilaris & coronatus: & pro memoria mei, ¹ nec consulat quisquam nec roget. Vixdum ¹⁴ finierat Maternus concitatus & velut instinctus, cum ⁴ Vipsanius Messalla cubiculum ejus ingressus est, suspicatusque

¹ Hi quibus præstant, indignantur.] Scribe, *Hic*, quibus præstant. Importunam enim molestiam impudentiamque qua extorquentur ab invitis beneficia, indigetari probant sequentia. Me vero dulces, ut Virgilius ait, *Muse* remotum ac sollicitudinis & curis & necessitate cotidie aliquid contra animum faciendi, &c. Quippe τῶν χριεῖς ἀχαιῶς χριεζόμενοι, ποιῶντες μὴ δὲ, ἀνδρῶς δὲ τοῖς φίλοις ὑποκρίντες ut ait Isocrates. Schel. Hi quibus præstant, indignantur.] Inepte & falso. Negationem adde, hi quibus non præstant. Ethic abesse alterum membrum sentio periodo plenæ. Lipsius. Fallitur. Significat enim quod Florus de Cæsare lib. 4. cap. 2. Clementiam principis vicit invidia, gravisque erat liberis ipsa beneficiorum potentia. Cicero pro Sulla: quam multi summi homines & ornatissimi & nostri & equestri ordinis, quorum pro salute se hic Sulla obligavit! Quos ego nominarem: neque enim ipsi nolunt & huic animo gratissimo adsunt: sed quia majus est beneficium, quam posse debet civi civi dare, ideo à vobis peto, ut, quod potuit, tempori tribuatur: quod facit, ipsi. Cato apud Plutarchum.

ὃ βέλομαι, τῷ τυρόνῳ χριεῖν ἐχθρῶν, ὑπὲρ ὧν ἀχαινομεῖ. ἀχαινομεῖ δὲ σῶζων, ὡς κυεῖται, ὧν αὐτῷ δεσπόζειν ἔδεν περὶ σῆκεν. Gronovius.

² Quandocumque fatalis & meus dies veniet.] C. Severus.

Fusque per herbam,

Hic meus est, dixere, dies. Schelius.

³ Nec consulat quisquam nec roget.] Consulat vates, roget principem. Quid ita? quia crebrum, ut memoria damnaretur defunctorum, id est, tituli, imagines, honores. Lipsius. Malim, consulat, id est, referat ad senatum: quem his rebus interponebant ipsi principes. τ. 4. Inst. de jud. Cujus pœna anima amissionem sustinet, & memoria rei etiam post mortem damnatur. Lapis. M. Annaeo. Lucano. Cordubensi beneficio. Neronis fama servata. Artemidorus Onorocrit. 1. 5. ὡς μὴ δὲ ἀποθανῶν ἐχθρὸν ὄνομα. τῆς γὰρ μὲν ἐς εὐ νεκρῶν δειπνοῖς ἢ καλῶσι οἱ περὶ σῆκεν. Idem.

⁴ Vipsanius Messala.] Frater Reguli, de quo Tacitus Histor. 111. Legionis tribunus Vipsanius Messala præerat claris majoribus, egregius ipse, & qui solus ad id bellum

que ex ipsa intentione singulorum, altiorem inter eos esse sermonem: Num parum tempestivus, inquit, interveni; secretum consilium & causæ alicujus meditationem tractantibus? *Minime*, minime, inquit Secundus, atque adeo vellem maturius inter venisses. delectasset enim te & Apri nostri accuratissimus sermo, cum Maternum ut omne ingenium ac studium suum ad causas agendas converteret, exhortatus est: & Materni pro carminibus suis læta, utque poëtas defendi decebat, audentior, ¹ poëtarum quam oratorum similior oratio. *Me vero*, inquit, & sermo ipse infinita voluptate affecisset, atque id ipsum delectat, quod vos viri optimi & temporum nostrorum oratores, non forensibus tantum negotiis, & declamatorio studio ingenia vestra exercetis, sed ejusmodi etiam disputationes adjungitis, quæ & ingenium alunt, & eruditionis & litterarum jucundissimum oblectamentum, cum vobis qui illa disputatis afferunt; tum etiam his ad quorum aures pervenerint. Itaque hercule non minus probari video in te, Secunde, quod Julii Asiatici vitam componendo, spem hominibus fecisti plurimum ejusmodi librorum, quam in Apro quod nondum à scholasticis controversiis recessit; & otium suum mavult novorum rhetorum more, quam veterum oratorum consumere. ¹⁵ Tum Aper, *Non desinis*, Messalla, vetera tantum & antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere. Nam hunc tuum sermonem sæpe excepi, cum oblitus & tuæ & fratris tui eloquentiæ, neminem hoc tempore oratorem esse contenderes. Atque id eo credo audacius, quod maligni in iis opinionem non verbaris, cum eam gloriam quam tibi alii concedunt, ipse tibi denegares. ² *Neque illius*, inquit, sermonis mei poenitentiam

id bellum bonas artes attulisset. & q. Magnam eo die pietatis eloquentiæque famam Vipsanius Messala adeptus est, nondum Senatoria aetate, ausus pro fratre Regulo deprecari. Schelius.

¹ *Poëtarum quam oratorum.] Scribo, audentior, poëtarumque quam oratorum*

similior oratio. Gronovius.

² *Neque illius.] In exemplari Italico ad hunc locum adscriptum fuit, Eadem verba sunt Petronii. Et sane quædam sunt initio Satyrici Petroniani quæ hujus disputationis locis aliquot valde consentanea sunt. Pithæus.*

¹ *Sacer-*

tentiam ago; neque aut Secundum, aut Maternum, aut teipsum Aper, (quamquam interdum in contrarium disputes) aliter sentire credo. Ac velim impetratum ab aliquo vestrum, ut causas hujus infinitæ differentiæ scrutetur ac reddat, quas mecum ipse plerumque conquiro. & quod quibusdam solatio est, mihi auget quæstionem, quia video etiam Grajis accidisse, ut longius absit Æschine & Demosthene ¹ Sacerdos iste Nicetes, & si quis alius Ephesum vel Mitylenas ² contentus scholasticorum clamoribus quatit, quam Afer aut Africanus aut vos ipsi à Cicerone aut Asinio recessistis. *Magnam*, inquit Secundus, & di-¹⁶gnam tractatu quæstionem movisti: sed quis eam justius explicaverit quam tu, ad cujus summam eruditionem & præstantissimum ingenium cura quoque & meditatio accessit? Et Messalla, *Aperiam*, inquit, cogitationes meas, si illud à vobis ante impetravero, ut vos quoque sermonem hunc nostrum adjuvetis. *Pro duobus*, inquit Maternus, promitto. nam & ego & Secundus exsequemur partes, quas intellexerimus te non tam omisisse quam nobis reliquisse. Aprum enim solere dissentire, & tu paullo ante dixisti, & ipse satis manifestus jamdudum in contrarium accingi, nec æquo animo perferre hanc nostram pro antiquorum laude concordiam. *Non enim*, inquit Aper, inauditum & indefensum sæculum nostrum patiar hac vestra conspiratione damnari. Sed hoc primum interrogabo, quos vocetis *antiquos*, quam oratorum ætatem signatione ista determinetis? Ego enim cum audio antiquos, quosdam veteres & olim natos intelligo, ac mihi versantur ante oculos Ulysses & Nestor, quorum ætas mille fere & CC annis sæculum nostrum antecedit: vos autem Demosthenem & Hyperidem profertis, quos satis constat Phi-
lippi

¹ Sacerdos iste Nicetes.] Sic legit doctiss. & elegantissimus Lipsius ex Plinio, cujus conjecturam magis confirmat Philostrati Lemnii de Nicete elogium in vitis sophistarum: cujus indicium Ne-

veleto meo debeo. *Idem.*

² Contentus scholasticorum clamoribus.] Legerim, *continuis scholasticorum clamoribus.* Freinshemius.

lippi & Alexandri temporibus floruisse: ita tamen ut utri-
que superstites essent. Ex quo apparet, ¹ non multo plures
quam CCCC annos interesse inter nostram & Demosthe-
nis ætatem. quod spatium temporis, si ad infirmitatem
corporum nostrorum referas, fortasse longum videatur:
si ad naturam sæculorum & respectum hujus immensi ævi,
perquam breve, & in proximo est. Nam si, sicut Cicero
in Hortensio scribit, *is est magnus & verus annus, quo eadem
positio cæli siderumque, ² quæ cum maxime est, rursus existet,
isque annus horum quos vocamus annorum³ XII M DCCC LIV com-
plectitur;* incipit Demosthenes vester quem vos veterem &
antiquum fingitis, ⁴ non solum anno quo nos, sed fere eo-
¹⁷dem mense existisse. Sed transeo ad Latinos oratores, in
quibus non Menenium ut puto Agrippam, qui potest vi-
deri antiquus, nostrorum temporum disertis antepone-
re soletis: sed Ciceronem, & Cæsarem, & Coelium, & Cal-
vum, & Brutum, & Asinium & Messallam. quos quidem
cur antiquis temporibus potius adscribatis quam nostris,
non video. nam ut de Cicerone ipso loquar, *Hirtio nempe
& Pansa consulibus, ut Tiro libertus ejus scripsit, VII Idus
Decemb. occisus est, quo anno divus Augustus in locum Pan-
sæ & Hirtii se & Q. Pedium Coss. suffecit. statue VI. &
L. annos, quibus mox divus Augustus Remp. rexit: adjice*
Tiberii

¹ Non multo plures quam trecentos.]
Omnino legendum: quam cccc annos.
Anno imperii Vespasianij sexto habitus
hic sermo: hoc est, anno V. C. 828.
Is incidit in annum quartum Olympi-
adis 213. At mortuus Demosthenes pri-
mo Olympiadis 214. Numerus rotundus
à morte Demosthenis quadringenti anni
ab ævo, quo floruit, non multo plures,
ut ait Mercerus. Cicero, qui ante cen-
tum & viginti annos obierat, lib. 2. de
divin. Demosthenes quidem, qui abhinc
annis prope trecentis fuit. Pichena.

² Quæ cum maxime est.] Cicero de
natura deorum secundo. Quarum (stel-
larum) ex disparibus motionibus magnum
annum mathematici nominaverunt: qui

tum efficitur, cum Solis & Luna & quin-
que errantium ad eandem inter se compa-
risonem conlectis omnium spatium est facta
converso. Schelius.

³ XII M DCCC LIV.] Variat hic nu-
merus in exemplarib. Servii in illud
1. Æneid. Trīginta magnos. Et lib. 3.
Interea magnum, itemque apud Censori-
num in Illustri volumine de die natali
ad Q. Cerellium Macrob. commen. in
Somn. Scipionis. & Jul. Firmicum l. 1.
Mathes. Pithæus.

⁴ Non solum anno quo nos, sed fere eo-
dem mense.] Quin potius ex analogia,
Non solum mense quo nos, sed fere eodem
die. Idem.

Tiberii tres & viginti, & prope quadriennium Caii, ac bis quaternos denos Claudii & Neronis annos, atque ipsum Galbæ & Othonis, & Vitellii unum annum, ¹ ac sextam jam felicis hujus principatus stationem, qua Vespasianus Remp. fovet, C. & XX. anni ab interitu Ciceronis in hunc diem colliguntur, unius hominis ætas. Nam ipse ego in Britannia vidi senem, qui ² se fateretur & pugna interfuisse, qua Cæsarem inferentem arma Britannia, arcere litoribus, & pellere ag gressi sunt. Ita si eum qui armatus C. Cæsari restitit, vel captivitas, vel voluntas, vel fatum aliquod in urbem pertraxisset, idem Cæsarem ipsum & Ciceronem audire potuit, & nostris quoque actionibus interesse. Proximo quidem congiario ipsi vidistis plerosque senes, qui se à divo quoque Augusto semel atque iterum accepisse congiarium narrabant. ex quo colligi potest, & Corvinum ab illis & Asinium audiri potuisse. Nam Corvinus in medium usque Augusti principatum, Asinius pæne ad extremum duravit. ³ Nec dividatis sæculum, & antiquos ac veteres vocetis oratores, quos eorumdem hominum aures agnoscere ac velut conjungere & copulare potuerunt. Hæc ¹⁸ ideo prædixi, ut si qua ex horum oratorum fama gloriaque, laus temporibus acquiritur, eandem docerem in medio sitam, & propiorem nobis quam Ser. Galbæ, C. Carboni, quosque alios antiquos merito vocaremus. Sunt enim horridi, & impoliti, & rudes, & informes: & quos
utinam

¹ *Ac sextam jam felicis hujus principatus stationem.*] Duo in hoc loco non vulgaria: primum quod stationem, quæ pro ipso actu imperandi solet accipi, & totum tempus imperii sæpe designare, hic pro uno imperii anno accipiatur: deinde quod sextam stationem vel sextum annum pro sex annis: ut, adde sextum annum, sit, adde sex annos. an scripserat? atque ipsum Galbæ & Othonis & Vitellii unum annum: (intellige, adjice:) ac sex jam, tam felicis hujus principatus stationem, qua Vespasianus rempublicam fovet. sex jam scil. annos tam felicis, id

est, valde felicis, felicissimi. Nota & frequenti Latinis locutione, ut *Quis desiderio sit pudor aut modus Tam chari capitis?* &c. Sed nihil tamen mutaverim. Schelius.

² *Se fateretur & pugna interfuisse.*] Lego: *ei pugna.* Et Muretus. Acidalius.

³ *Nec dividatis seculum.*] Clarius & expressior erit conclusio hæc, si *ne scribas*, & cum superioribus alia interpunctione velut necitas: *Asinius pæne ad extremum duravit: ne dividatis seculum.* Idem.

utinam imitatus non esset Calvus vester aut Coelius, aut ipse Cicero. Agere enim fortius jam & audentius volo, si illud ante prædixero, mutari cum temporibus formas & genera dicendi. Sicut Catoni seni comparatus C. Gracchus plenior & uberior; sic Graccho politior & ornatior Crassus: sic utroque distinctior & urbanior & altior Cicero: Cicerone mitior Corvinus & dulcior, & in verbis magis elaboratus. Nec quæro quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum, non esse unum eloquentiæ vultum, sed in illis quoque quos vocatis antiquos, plures species deprehendi; nec statim deterius esse quod diversum est: vitio autem malignitatis humanæ vetera semper in laude, præsentia in fastidio esse. Num dubitamus inventos, qui pro Catone Appium Cæcum magis mirarentur? Satis constat ¹ nec Ciceroni quidem obrectatores defuisse, quibus ² inflatus & tumens, nec satis pressus, supra modum exultans & superfluens, & parum Atticus videretur. Legisti utique & ³ Calvi, & Bruti, ad Ciceronem missas epistolas. ex quibus facile est deprehendere, Calvum quidem Ciceroni visum exsanguem, & attritum, ⁴ Brutum autem otiosum atque disjunctum. Rursumque

Cicero-

¹ Nec Ciceroni quidem.] Scribe: Satis constat ne Ciceroni quidem obrectatores defuisse. Gronovius.

² Inflatus & tumens nec satis pressus, &c.] Statim ait Ciceronem à Calvo quidem male audivisse tanquam solutum & enervem, à Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tanquam fractum & elumbem. Infra. Otiosus circa excessus dicitur. Quintilianus. Quem tamen suorum temporum homines incesse audebant, ut tumidiorem, & Asianum, & redundantem, & in repetitionibus nimium, & in salibus aliquando frigidum, & in compositione fractum, exultantem, & pene, quod procul absit, viro molliorem. Schel.

³ Calvi & Bruti ad Ciceronem.] Ex iisdem Fabius hauscit lib. 12. Neque ipse Ciceroni Demosthenes videatur satis esse perfectus, nec Cicero Bruto Calvoque, qui certe compositionem ipsius etiam apud

ipsum reprehendunt. Adde sequentia. Lipsius.

⁴ Brutum vero otiosum atque disjunctum.] Itane vero? otiosus Brutus Ciceroni? Immo Cicero talis videbatur obrectatoribus & ipsi fortassis Bruto. *Supra modum exultans*, inquit, & *superfluens & parum Atticus obrectatoribus videbatur*. Et statim Ciceronem à Calvo quidem male audivisse tanquam solutum & enervem, à Bruto vero, ut ipsius verbis utar; tanquam fractum & elumbem. Quintilianus. *Otiosi & supini si quid modo longius circumduxerint, jurant ita Ciceronem fuisse locutum*. Et infra de eodem noster. *Otiosus circa excessus*. At Brutus intentus, gravis; Lipsius legit, *odiosus, id est adfectatione quadam & asperitate dictionis molestus*. Ne hoc quidem receperim. Scribit enim Cicero ad Atticum Brutum in quo genere esse velit, & quod

Ciceronem à Calvo quidem male audivisse, tamquam *solutum & enervem*: à Bruto autem, ut ipsius verbis utar, tamquam *fractum atque elumbem*. Si me interrogas, omnes mihi videntur verum dixisse. Sed mox ad singulos veniam, nunc mihi cum universis negotium est. Nam quatenus ¹⁹ antiquorum admiratores hunc velut terminum antiquitatis constituere solent, quem usque ad Cassium Severum faciunt, quem primum affirmant flexisse ab illa ¹ veteri, atque dicendi via directa: non infirmitate ingenii, nec inciticia litterarum, transtulisse se ad id dicendi genus contendendo, ² sed iudicio & intellectu. Vidit namque, ut paulo ante dicebam, cum conditione temporum ac diversitate aurium formam quoque ac speciem orationis esse mutantem.

quod habeat de optimo genere iudicium, id ita consecutum esse, ut elegantius nihil esse possit. Et ante de ejus oratione.

Est enim oratio scripta elegantissime sententis & verbis, ut nihil possit ultra. Præterea Attici isti, quorum sectam sequebatur Brutus, hoc præcipue agebant, ut ait in Bruto Cicero, ut nec inepte nec odiose nec putide dicerent: Nihilque habere molestarum nec ineptiarum Atticorum erat. Item. Atheniensium religioni cum serviret Orator nullum verbum insolens, nullum odiosum ponere audebat. Lego: Concisum atque disjunctum. Sic Cicero ait concisum minutis numeris Thrasimachum Isocrati visum. Quintilianus: Facit densitas sententiarum concisam quoque orationem: subsistit enim omnis sententia ideoque post eam utique aliud est initium. Unde soluta fere oratio & è singulis non membris sed frustis collata. Brevitatis autem studiosi, qualis erat Brutus, evitare nequeunt, ne minutis numeris distinguatur & concidatur oratio: quod vitium ὀρθῶς λέγειν ποδῶν ποιῆσαι ἢ ἀεργασίην: minutiloquium appellat Tertullianus, βραχυλογία Aristoteles. Inde & disjunctam esse Bruti orationem dicit. Disjunctio enim opponitur conjunctioni, disjuncta est oratio cum dure connexis aut demtis conjunctionibus, ut ait Cicero de Oratore, dissolute quadam

dicuntur. Jubent autem veteres brevitatatis studiosas conjunctiones tollere, quamvis verent dissoluta & disjuncta loqui. Aristoteles in tertio Rhetor. εἰν δὲ σωθῆναι, εἰν δὲ μὴ σωθῆναι, μὴ ἀσωδέτως δὲ. Est tamen hoc proximum vitium, quod ἀσώδεα & ἀσχελεμένα evadant. Id igitur in Bruto notatur. Cicero in Oratore: Cum mutila quedam & hiantia locuti sint, quæ vel sine magistro facere potuerunt, germanos se putant esse Thucydidas. Idem in Bruto de Attico Oratore & summissio: verba etiam verbis quasi coagmentare negligat. Habet enim ille tantquam hiatus concursu vocalium molle quiddam, & quod indicet non ingratam negligentiam de re hominis magis quam de verbis laborantis. Schelius.

¹ *Vetere atque dicendi via directa.] Muretus transponit: ab illa veteri atque directa dicendi via. Acidalius.*

² *Sed iudicio & intellectu.] Fortassis: & delectu. Cicero Bruto: Quod idem facere censors in delectu dignitatis & iudicio civium, &c. Pro Plancio: Populus non delectu aliquo aut sapientia iudicat. Noster infra: nec ulia re magis ejusdem atatis oratores præcurrit quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, & verbis delectum adhibuit. Gronovius.*

dam. Facile perferebat prior iste populus, ut imperitus & rudis, imperitissimarum orationum spacia: atque id ipsum laudi dabatur, si dicendo quis diem eximeret. ¹ Ita vero longa principiorum præparatio, & narrationis alte repetita series, & multarum divisionum ostentatio, & mille argumentorum gradus, & quicquid aliud aridissimis Hermagoræ & Apollodori libris præcipitur, in honore erat: & si quis odoratus philosophiam, atque ex ea locum aliquem orationi suæ insereret, in cœlum laudibus ferebatur. Nec mirum. erant enim hæc nova & incognita: & ipsorum quoque oratorum paucissimi præcepta rhetorum aut philosophorum placita cognoverant. At hercule pervulgatis jam omnibus, cum ² vix in cortina quisquam assistat, qui elementis studiorum etsi non instructus, at certe imbutus sit, novis & exquisitis eloquentiæ itineribus opus est, per quæ orator fastidium aurium effugiat, utique apud eos iudices qui vi aut potestate, non jure & legibus cognoscunt, & nec accipiunt tempora, sed constituunt: nec expectandum habent oratorem dum illi libeat de ipso negotio dicere, sed sæpe ultro admonent, atque alio transgredientem revocant ³ & festinare se testantur. Quis nunc ferat oratorem *de infirmitate valetudinis suæ* præfantem? qualia sunt fere principia Corvini. Quis Quinque in Verrem libros expectaverit? Quis de exceptione & formula perpetietur illa immensa volumina, quæ ⁴ pro M. Tullio aut A. Cæcina legimus? ⁴ Præcurrit hoc tempore iudex dicentem, & nisi

¹ Ita vero longa principiorum.] Lege, jam vero. Acidalius.

² Vix in cortina quisquam assistat.] Scaliger Conjectaneis in Varronem *cortinam* interpretatur *τεῖ ποδὲ* & *λέβη*. Ea est proprie, inquit, in qua lana suffecta succos ebibit. Ab eo usus est metaphorica Cornel. Tacitus in Dialogo cum ait *in cortina esse*. Sed fucum nobis facit Scaliger. *In cortina esse* huic quomodo convenit *in cortina assistere*. Scribe: *cum vix in corona quisquam assistat,*

quin elementis studiorum, si non instructus, at certe imbutus sit. Ut fere voluerat & Muretus. Idem.

³ Pro M. Tullio.] Curius Fortunatianus lib. 2. Rhetor. schol. *Pithæus*.

⁴ Præcurrit hoc tempore iudex dicentem.] Videtur ab manu interpretis hoc loco vel paulo post esse *τὸ dicentem*: neque enim politicissimi scriptoris videtur non necessaria hæc & inepta ejusdem vocabuli repetitio. *Scheivius*.

nisi aut cursu argumentorum, aut colore sententiarum, aut nitore & cultu descriptionum invitatus & corruptus est, averfatur dicentem. Vulgus quoque affidentium, & affluens & vagus auditor, affuevit jam exigere lætitiā & pulchritudinem orationis; nec magis perfert in judiciis tristem & impexam antiquitatem, quam si quis in scena Roscii aut ¹ Turpionis Ambivii exprimere gestus velit. Jam vero juvenes & in ipsa studiorum incude positi, qui profectus sui causa oratores sectantur, non solum audire, sed etiam referre domum aliquid illustre & dignum memoria volunt. Traduntque invicem, ac sæpe in colonias ac provincias suas scribunt, ² sive in suis aliquis arguta & brevi sententia effulfit, sive locus exquisito & poëtico cultu enituit. Exigitur enim jam ab oratore etiam poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterano inquinatus, sed ex Horatii, & Virgilii, & Lucani sacrario prolatus. Horum igitur auribus & judiciis obtemperans nostrorum oratorum ætas, pulchrior & ornatior existit. Neque ideo minus efficaces sunt orationes nostræ, quia ad aures judicantium cum voluptate perveniunt. Quid enim si infirmiora horum temporum templa credas, quia non rudi cæmento, & informibus tegulis extruuntur, sed marmore nitent & auro radiantur? Equidem fatebor vobis simpliciter, me in ²¹ quibusdam antiquorum vix risum, in quibusdam autem vix somnum tenere, ³ nec unum de populo. * † Canuti aut Aride

¹ Turpionis Ambivii.] Male disjuncti libri: Turpionis aut Ambivii. Eundem enim hominem fuisse, Terentianæ epigraphæ & Cicero de senectute docent. Symmachus nominat lib. 1. ep. 25. & lib. 10. epist. 2. Lipsius.

² Sive in suis aliquis arguta.] Omnino vox aliqua later: quam feliciter cum Mureto ex illis in suis eruo legendo: sive sensus aliquis. Nec te moveat sensum & sententiam velut diversa jungi. Diversa sunt, ut ex aliis hujus libelli locis potes intelligere: & illud tertio quoque sensu in omnibus pro sententia positum. Item;

in paucissimos sensus & angustas sententias detrudant eloquentiam. Acidalius. Quintilianus Orat. 8. 5. Consuetudo tenuit, ut mente concepta sensus vocaremus; lumina autem, precipueque in clausulis posita sententias. Adde mox hoc libello cap. 22. Freinshemius.

³ Nec unum de populo Canuti.] Scribe Canutii. P. Canutium intelligit. Cicero Bruto. P. Canutius aequalis meus homo extra nostrum ordinem meo judicio disertissimus. Vellejus lib. 11. Cicero fulgentissimo & cælesti ore, Canutius continua rabie lacrabat Antonium. Schelius.

¹ Aride Furnio & Toranio, ² quique alios ³ in eodem valetudinario ⁴ hæc ossa & hanc maciem probant. Ipse mihi Calvus cum unum & viginti, ut puto, libros reliquerit, vix in una aut altera oratiuncula satisfecit. nec dissentire ceteros ab hoc meo iudicio video. quotus enim quisque Calvi in

*Nec de populo Canuti.] Hic locus asserit-
co notari debuit. Pithæus. Nec unum
de populo.] Desperatum locum sic juvare
posse videbatur: Equidem fatebor vobis
simpliciter, me in quibusdam antiquo-
rum vix risum, in quibusdam vix som-
num tenere. Nec unum de populo Canutium
aut Arrium Furniumve nominabo, quos-
que alios in eodem valetudinario hæc ossa
& hæc macies probant. Novam periodon
facio, Nec unum. Est enim, ut Petronii
cap. 70. Nec se tragædias veteres curare,
aut nomina seculis nota. sed rem sua
memoria factam expositurum esse, si velle-
mus audire. Sic enim res ætis alienis leg-
gend. Unum de populo, aliquem ex mi-
nutis oratoribus, media de plebe orato-
rum: qui apud vulgus valuerunt, & ali-
qua monumenta ingenii reliquerunt;
non tamen magnis sunt inserti nomini-
bus. Canutium Publium vocat Cicero
in Bruto, & pro Cluentio: Accusabat
P. Canutius, homo in primis ingeniosus &
in dicendo exercitatus. At Titum Philip-
pica 3. T. Canutius, à quo erat honestissimis
contentionibus & sæpe & jure vexatus. Ca-
jum Suetonius de clar. rhet. cap. 6. Ar-
rium discimus ex Bruto Ciceronis:
Quod idem faciebat Q. Arrius, qui fuit
M. Crassi quasi secundarum. Is omnibus
exemplo debet esse, quantum in hac urbe
polleat multorum obedire tempori, multo-
rumque vel honori vel periculo servire. His
enim rebus, infimo loco natus, & honores
& pecuniam & gratiam consecutus, etiam
in patronorum, sine doctrina, sine ingenio,
numerum per venerat. C. Furnium puta-
mus esse, cujus ad Ciceronem meminit
Cæsar lib. 9. ad Atticum: & cui scribit
ipse Cicero lib. 10. fam. epist. 25. & 26.
Ubi patronum nobilem & sic disertor-
um numero fuisse hæc verba produnt:
O mi Furni, quam tu causam tuam non
nosci, qui alienas tam facile discas! Ipso
nominato gaudet: ut mox: nomen no-*

*minabo, genus hominum signasse conten-
tus. Item, Si testes desiderantur, quos po-
tiores nominabo. Postrema, quosque alios,
recte sic etiam Acidalius constituit. Non
de audientibus aut populo auditorum
alicujus, sed de dicentibus & solitis au-
dire auctorem agere liquet ex opposito:
Ipse mihi Calvus. Gronovius.*

*† Canuti.] Canutius an ille, cujus
mentio apud Suetonium de claris rhet-
orib. in Epidio? Verba ejus: C. Canu-
tius objicientibus, quod in republica ad-
ministranda potissimum Isaurici sectam
sequeretur, malle respondit Isaurici con-
sularis esse discipulum, quam Epidii ca-
lumniatoris. Sic emendo traiectione vo-
cis Consularis. Acidal.*

*1 Aut Aride Furnio & Toranio.] Ni-
mis audax fortasse, si legerim: Nec u-
num de populo Canutii aut auditoribus
(vel auditorem) Furnii & Toranii. Ad-
sensum quidem non ineptum sit, & in-
fra etiam populum & auditores conjun-
git: Quos more prisco apud iudicem sa-
bulantes non auditores sequuntur, non po-
pulus audit. Schelius.*

*2 Quique alios in eodem.] Puto cum
Lipio, quique alii, &c. Negat se esse
unum de populo Canutii aut de audito-
ribus Toranii quique alii in eodem va-
letudinario, &c. vel, quique alius, &c.
probat. Idem.*

*3 In eodem valetudinario.] Prover-
bium de pluribus, qui in eodem malo
versantur. Seneca epist. 27. Non sum
tam improbus, ut curationes ager obeam:
sed, tanquam in eodem valetudinario ja-
ceam, de communi malo tecum colloquor.
Pichena.*

*4 Hæc ossa & hanc maciem probant.]
Cicero Bruto: Attico genere dicendi se
gaudere dicunt, sapienter id quidem, at-
que utinam imitarentur, nec ossa solum,
sed etiam sanguinem: gratum est tamen
quod volunt. Schelius.*

I Quid

vi in Afitium aut in Drusum legit? at hercule in hominum studiosorum manibus versantur accusationes, quæ in Vatinium inscribuntur, ac præcipue secunda ex his oratio. est enim verbis ornata, & sententiis: auribus iudicum accommodata: ut scias ipsum quoque Calvum intellexisse quid melius esset, nec voluntatem quin sublimius & cultius diceret, sed ingenium ac vires defuisse. ¹ Quid ex Cœlianis orationibus? ² nempe hæ placent ³ sive in universa parte factum in quibus nitorem & altitudinem horum temporum agnoscimus. Sordes autem verborum, & hians compositio & inconditi sensus redolent antiquitatem. nec quemquam adeo antiquarium puto, ut Cœlium ex ea parte laudet, qua antiquus est. Concedamus sane C. Cæsari, ut ⁴ propter magnitudinem cogitationum & occupationes rerum minus eloquentia effecerit, quam divinum ejus ingenium postulabat: tam hercule quam ⁵ Brutum philosophiæ suæ relinquamus. Nam in orationibus minorem esse famam suam, etiam admiratores ejus fatentur. ⁶ nisi forte quisquam aut Cæsaris pro Decio Samnite, aut Bruti pro Dejotaro Rege, ceterosque, ⁷ ejusdem lentitudinis ac teporis libros legit,

¹ Quid ex.] Lege, Quid? ex Cœlianis orationibus, nempe hæ placent. Pith.

² Nempe hæ placent sive in universa parte factum.] Fortassis: Neque in universum: partes tantum. Vel si minus universæ, partes tamen. Schelius.

³ Sive in universa parte factum.] Liber scriptus Lipsii habuit, sive universa parte serum. Hinc proxime servatis vestigiis facio: si non universæ, at partes earum Paullo ante etiam: nec ei voluntatem. Vel nec voluntatem ei. Acidalius.

⁴ Propter magnitudinem cogitationum.] Modius ex Rom. cod. cognitionum pro cogitationum legit. Non audio. Vellejus lib. 2. de eodem Cæsare: magnitudine cogitationum, celeritate bellandi, patientia periculorum Magno illi Alexandro similimus. Idem.

⁵ Brutum philosophiæ suæ relinquamus.] Quintilianus: Egregius vero: (in philosophiæ) multoque quam in orationi-

bus præstantior Brutus sufficit ponderi rerum. Scias eum sentire, qua dicit. Schel.

⁶ Nisi forte quisquam aut Cæsaris.] Acidalius laborat in eo quod sequitur & scribit: nisi que & carmina. Sed vitium hic erat. Edidit enim auctor: nec fere (vel ferme) quisquam. Gronovius.

⁷ Ejusdem lentitudinis ac teporis.] Lipsius, teporis. Ego torporis malim. Neque enim tepor post lentitudinem vim habere videtur. Supra: Tarda & inertia structura in morem annalium componantur. Ut autem tarditas & inertia structura: ita & lentitudo & torpor libris tribuuntur. Noster, Exigitur enim ab Oratore etiam Poëticus decor, non Attii aut Pacuvii veterno inquinatus, sed è Virgilii & Lucani sacrario prolatus. Cicero de legibus 1. Nihil ad Cœlium, sed potius ad antiquorum languorem atque inscientiam. Schelius. Lentitudinis ac teporis.] Si quis malit teporis, non repugno. Se-

legit, ¹ nisi qui & carmina eorundem miratur. fecerunt enim & carmina, & in Bibliothecas rettulerunt, non melius quam Cicero, at felicius, quia illos fecisse pauciores sciunt. A finius quoque, quamquam propioribus temporibus natus sit, videtur mihi ² inter Menenios & Appios studuisse. Pacuvium certe, & Attium, non solum tragœdiis, sed etiam orationibus suis expressit. adeo durus & ficcus est. Oratio autem, sicut corpus hominis, ea demum pulchra est, in qua non eminent venæ, nec ossa numerantur: sed temperatus ac bonus sanguis implet membra ³ & exsurgit toris, ipsos quoque nervos rubor tegit & decor commendat. Nolo Corvinum insequi, ⁴ quia non per ipsum stetit quo minus lætitiā nitoremque nostrorum temporum exprimeret. ⁵ viderimus inquam iudicio ejus vis aut
 22 animi aut ingenii suffecerit. Ad Ciceronem venio, cui eadem pugna cum æqualibus suis fuit, quæ mihi vobiscum est. Illi enim antiquos mirabantur; ipse suorum temporum eloquentiam anteponebat. nec ulla re magis ejusdem ætatis oratores

quitur enim paulo post, *Lentus est, tarde commovetur, raro incalescit.* Pithœus.

1 *Nisi qui & Carmina eorundem miratur.* Orationes has, inquit, nemo hodie legit; nisi forte tam insipidus & superstitiosus, ut omnia eorum atque adeo Carmina miretur, quæ hoc uno Ciceronis Carminibus feliciora sunt, quod fecisse eos pauciores sciunt. Schelius.

2 *Inter Menenios & Appios studuisse.* Quintilianus: *A nitore & jucunditate Ciceronis ita longe abest, ut videri possit seculo prior.* Idem.

3 *Et exsurgit toris.* Possis malle: & exauget toris, ipsos quoque nervos rubore tingit & decore commendat. Omnia enim de sanguine dicuntur. Sed tamen & belle exsurgit. ipse enim sanguis, quantum satis ac salubre est, se accumulans exsurgit toris factis. Rigaltius ad Minucium, *Venarum toros*, inquit, medici dixerunt & *jubarum toros* Poëtæ. Prius ei concedo. Celsus lib. 7. cap. 18. *Præterquam quod & tumoris aliquid est pro venarum magnitudine & modo, & id præ-*

menti magis venitur, ac per ipsos venarum toros inequale est. At qui *jubarum toros* dixerit, præter ipsum, neminem novi. Decepit eum, opinor, Virgilio lib. 12. *movet arma leo, gaudetque commantes Excubiens cervice toros.* Sed ibi tori cervicis sunt, non jubarum; habent autem tori jubarum, non jubarum toros. Gronovius.

4 *Quia non per ipsum stetit.* Restituam: *Nolo Corvinum insequi, quia non per ipsum stetit, quo minus lætitiā nitoremque nostrorum temporum exprimeret, videmus, in quantum iudicio ejus vis aut animi aut ingenii suffecerit.* Freinshemius.

5 *Viderimus inquam iudicio ejus vis aut animi aut ingenii suffecerit.* Alii libri in quantum. Liplius: *Viderimus inquam an iudicio ejus, fortassis: Videmus in quantum iudicio, &c.* ut jam monuit Freinshemius. *Viderimus inquam.* Et hic locus corruptus videtur. Quid si legimus? *num ingenio, &c.* Et pag. seq. terminantur. Pithœus.

oratores præcurrit, quam iudicio. Primus enim excoluit orationem, primus & verbis delectum adhibuit & compositioni artem: locosque lætiores attentavit, & quasdam sententias invenit: utique in his orationibus quas senior jam & juxta finem vitæ composuit, id est, postquam magis profecerat, usuque & experimentis didicerat, quod optimum dicendi genus est. Nam priores ejus orationes non carent vitiis antiquitatis. lentus est in principiis, longus in narrationibus, otiosus circa excessus: tarde commoveatur, raro incalescit: ² pauci sensus opt. & cum quodam lumine terminantur. ³ nihil excerpere, nihil referre possis: & velut in rudi ædificio, firmus sane paries & duraturus, sed non satis ex politus & splendens. Ego autem oratorem, sicut locupletem ⁴ ac laudatum patremfamilia, non eo tantum volo tecto tegi, quod imbrem ac ventum arceat, sed etiam quod visum & oculos delectet: non ea solum instrui supellectile, quæ necessariis usibus sufficiat; sed sit in apparatu ejus, & aurum: & gemmæ, ut sumere in manus, & aspicere sæpius liceat: quædam vero procul arceantur, ut jam oblitterata & olentia: nullum sit verbum velut ruginè infectum, nulli sensus tarda & inerti structura, in morem Annalium, componantur: fugiat foedam & insulsum scurrilitatem, variet compositionem, nec omnes clausulas uno & eodem modo terminet. ⁵ Nolo irridere rotam ²³

fortuna,

¹ Quod optimum dicendi genus est.] Concinnitas orationis requirere videtur: quod optimum dicendi genus esset. Acidalius.

² Pauci sensus opt. & cum quodam lumine terminantur.] Romana editio. Sensus opacus: Vetus: Sensus optet. Lipsius opacius; fortassis fuit: optimo vel apte, quod est Freinsheimii. Schel.

³ Nihil excerpere.] Excipere etiam dixit Cicero non multum diversa significatione de Oratore 1. tamen nos aliquid ex sermone vestro memoria dignum excipere possemus. Et noster infra. Idem.

⁴ Ac laudatum patremfamilia.] Ego non dubitem scribere, ac lautum. Lipf.

⁵ Nolo irridere rotam fortuna.] Locus notus ex Oratione in Pisonem: Cumque ipse nudus in convivio saltaret, in quo ne tum quidem cum illum saltatorium versaret orbem, fortuna rotam pertimescebat. quæ merito antiquis visa sunt ineptissima & levissima. Vir certe divinus & decori miraculum ubique observans, non tantum in ipsis actionibus, quod testantur antiqui, sed etiam in actionum habitatum monumentis, & iis, qui ad nos pervenerunt, libris, hac una jure humanitus aliquid passus videtur. In secunda Philippica illa divina, quam jam Senior in Antonium scripsit: Disertissimum cognovi avum tuum; at te etiam aper-

apertiore in dicendo: ille nunquam nudus est concionatus; tuum hominis simplicis pectus vidimus. quod cui non frigidissimum & Cicerone parum dignum videatur? Eadem oratione de Luperalibus loquens & fœdissimum sceleratissimumque Antonii factum, quo diadema Cæsari imponens eum quasi iussu populi regnare voluit iubere, graphice depingens suis & veris coloribus, adjicit: *Non dissimulat P. C. apparet esse commotum: sudat, pallet: quidlibet, modo ne nauseet, faciat quod in porticu Minucia fecit.* Hic quoque dubites ane suum ingenium Ciceronem abripuerit. Iratum enim Antonio esse decuit in illo libertatis funere, non factum. Nimirum calamitatis publicæ immemor, & in tantis malis delicatus est, cui vacet hic timere, ne vomat Antonius aut nauseet. Potest tamen eo defendi, quod cum post rem, interfecto jam Cæsare, hæc dicantur, contemnere jam eos velit, non tantum odisse Antonium: quasi jam nihil aliud ex eo sit metuendum, quam ne nauseet. At illud in præfatione libri primi de natura Deorum quis excuset? *Itaque libet mihi exclamare, quod Statius in Synephebis:*

Proh Deum popularium omnium Adolescentium Clamo, postulo, obsecro, oro, ploro, atque imploro fidem.

Non levissima de re, ut queritur ille fieri in Civitate facinora capitalia:

Ab amico amante argentum accipere meretrix non vult:

Sed ut adsent, cognoscant, animadvertant, quid de religionis pietate sanctitate, Carimoniis, &c. existimandum sit. Deum atque hominum fidem implorat, obsecrat & orat omnes, adsint & cognoscant de re tantâ tamque ardua atque difficili, qualis est natura deorum, de qua sit locuturus. Expectabat hic credo aliquis, ut nos moneret se non, ut ille apud Statium perditus adolescens, ideo exclamare, quod meretrix argentum accipere nollet: Hac excusatione interjecta non tantum vim omnem exclamationis tollit: (quid enim si ille alter stulte tantos motus ciebat?) sed etiam in gravissima materia, quo id minime decuit, loco animum lectoris, quem attentum habere vult, levitate talis imaginis ad risum traducit: insunt nimirum ingeniis o-

mnibus, his quidem pauciora quam illis, insunt tamen omnibus vitia quædam sua, in quibus delicias faciunt, & ineptiæ, quibus plaudunt: quæ quidem ut in aliis observare & notare proclive est, ita pro se quisque difficulter evitaverit. Placent enim & blandiuntur facie ingenii, præsertim cum recentia sunt. Notum est ingeniosissimum Latinorum Poëtarum reprehendi à veteribus, quod nimium ingenio suo indulgeat, cuius rei exemplum affert Seneca naturalium quæstionum libro III. *Illud pro magnitudine rei, inquit, dixit:*

Omnia Pontus erant, deerant quoque littora ponto.

Nisi tantum impetum ingenii & matris ad pueriles ineptias reduxisset.

Nat Lupus inter Oves, fulvos vohit unda Leones.

Magnifice hoc, si non curavit, quid oves & lupi facerent, non est res sobria lascivire devorato orbe terrarum. Non quidem injuria hæc carpantur si quidem ad severam strictamque legem exigantur & justius, opinor, quod ibidem sequitur.

Hic summa piscem deprendit in ulmo.

Ille tamen ipse, qui carpit, Seneca an nihil sibi permittit? an ab hoc vitio liber est Argutatur certe, id est, ludit in gravissimis non raro rebus & divinis sententiis suis interferit levissimas, quæ nihil præter inanem strepitum ferunt, & hac una de causa tantum sententiæ sunt, quod tanquam sententiæ enuntiantur. Quid quod ipse: (si tamen est auctor:) in gravissima peste, ubi tantam describit contagionis vim, tantam stragem, ut turbæ tumulos petenti non satis septem portæ patuerint, Ovidiana hæc eadem adducit:

Non lupos Cervi metuunt rapaces.

Cessat irati fremitus Leonis.

Nulla villosis feritas in Ursis.

Et alia non pauca ibidem. Adeo facilius est reprehendere vitia, quam evitare. De Musa Rhetore Marcus Seneca ait: *Omnia ejus ad ultimum tumorem perducta, ut non extra sanitatem, sed extra naturam essent.* Ex cujus portentis hæc notat. *Quicquid avium volitat, quicquid piscium natat, quicquid ferarum discurret, nostris sepelitur ventribus. Quare nunc cur subito moriamur? mortibus vivimus.* Hoc tamen tam verum Senecæ judicium

fortuna, & jus Verrinum, & illud ¹ tertio quoque sensu ² in omnibus pro sententia positum, esse videatur. ³ Nam & hoc invitus rettuli, & plura omisi, ⁴ quæ tamen sola mirantur atque exprimunt hi ⁵ qui se antiquos oratores vocant. neminem nominabo, genus hominum signasse contentus: sed vobis utique versantur ante oculos, qui Lucilium pro Horatio, & Lucretium pro Virgilio legunt, quibus eloquentia tui Aufidii Bassi, aut Servilii Noniani, ex comparatione Siffennæ aut Varronis sordet. qui rhetorum nostrorum commentarios fastidiunt, oderunt; Calvi mirantur: ⁶ quos more prisco apud judicem fabulantes, non auditores sequuntur, non populus audit, vix denique litigator perperitur. adeo mœsti & inculti, ⁷ illam ipsam quam jactant sanitatem, infirmitate & jejunio consequuntur. Porro ne in

corpore

judicium non deterruit doctos homines, quo minus sibi in ejusmodi tumore admodum placerent, audaciaque translationum & hyperbolicis locutionibus cœlum & terras miscerent. Venit in mentem loci Plinii majoris, qui plane cum Musa certare videtur. Is est ubi de margaritis loquitur. Parum scilicet, inquit, fuerat in gulas condi maria, nisi manibus, auribus, capite toto, à sœminis juxta virisque gestentur? quid mari cum vestibus? quid undis fluctibusque cum vellere? non recte nos recipit rerum natura nisi nudos. Esto: sit tamen ventri cum eo societas: quid tergori? Parum est, nisi qui vescimur periculis, etiam vestiamur. Possem plura hujus generis ex veteribus adducere: sed vel sic iis injuriam facere mihi videor; Cum ea incusem vitia, quæ nunc apud quosdam eorum, qui sibi disertis videntur, & apud aliud agentem populum virtutis locum obtinent. Nam quæ hodie hominum aures sunt, quod studium Cacozelæ nihil tam inepte dici potest, modo ne vulgariter dicatur, quod non habeat suos admiratores. Schelius.

¹ Tertio quoque sensu in omnibus.] Nihil muto. Veniebat tamen in mentem, tertio quoque versu, quia sequitur pro sententia. quamvis aliud sensus, aliud sententia. Quintilianus: Consuetudo te-

nuit, ut mente concepta sensus vocaremus, lumina autem precipueque in clausulis posita sententias. Idem: noveram quosdam, qui se pulchre expressisse genus illud celestis hujus in dicendo viri sibi viderentur, si in clausula posuissent, esse videtur. Idem.

² In omnibus pro sententia.] Muretus addit, in omnibus orationibus. Aptissime: Acidalius.

³ Nam & hoc invitus rettuli.] Melius hec. Acidalius.

⁴ Quæ tamen sola mirantur atque exprimunt.] Quintilianus: Utinam tant bona imitantes melius dicerent, quam mala pejus dicunt. Mirantur autem hic pœne idem est quod imitantur. Lucanus, Egregio juveni miratorique Catonis. Stadius: aquævo cedere fratri mirarique patrem. Schelius.

⁵ Qui se antiquos Oratores vocabant.] Recte Lipsius, vocant. Idem.

⁶ Quos more prisco apud judicem fabulantes.] Idem de Atticis illis, ut se dicebant, oratoribus suæ ætatis Cicero in Bruto: At cum isti Attici dicunt, non modo à Corona (quod est ipsum miserabile) sed etiam ab advocatis relinquuntur. Idem.

⁷ Illam ipsam quam jactant sanitatem infirmitate & jejunio consequuntur.] Fabius lib. 12. Hi sunt, qui sue imbecillitati sanitatis appellationem, quæ est maxima contraria, obtinent. Idem.

2 Va

corpore quidem valetudinem medici probant, quæ animi anxietate contingat. parum est ægrum non esse, fortem & lætum & alacrem volo. prope abest ab infirmitate in quo sola sanitas laudatur. ¹ Vos vero disertissimi, ut potestis, ut facitis, illustrate sæculum nostrum pulcherrimo genere dicendi. Nam & te Messalla, video lætissima quæque antiquorum imitantem. Et vos Materne ac Secunde, ita gravitate summum nitorem & cultum verborum miscetis; ea electio inventionis, is ordo rerum, & quotiens causa poscit, ubertas, ea quotiens permittitur, brevitatis; is compositionis decor, ² sententiarum planitas; sic exprimitis affectus, sic libertatem temperatis: ut etiam si nostra iudicia malignitas & invidia tardaverit, verum de vobis dicturi ²⁴ sint posterii nostri. Quæ cum Aper dixisset; *Agnoscat is ne*, inquit Maternus, vim & ardorem Apri nostri? quo torrente, quo impetu sæculum nostrum defendit! quam copiose ac varie vexavit antiquos! quanto non solum ingenio ac spiritu, sed etiam eruditione & arte, ab ipsis mutuatus est, per quæ mox ipsos incesset! Tuum tamen Messalla promissum immutasse non debes. neque enim defensores antiquorum exigimus, nec quemquam nostrorum: quamquam modo laudati sumus, his quos insectatus est Aper, comparamus. ac ne ipse quidem ³ ita sentit, sed more veteri & alias vestris philosophis sæpe celebrato, sumpsit sibi contradicendi partes. ⁴ Exprime nobis non laudationem antiquorum, satis enim illos fama sua laudat, sed causas cur in tantum ab eloquentia eorum recesserimus; cum præsertim centum & XX annos ab interitu Ciceronis in hunc ²⁵ diem effici ratio temporum collegerit. Tum Messalla:

Sequar

¹ Vos vero, disertissimi.] Vix abest, quin vox viri desit. Vos vero disertissimi viri, ut potestis. Acidalius.

² Sententiarum planitas.] Id est quæ non eminent extra corpus orationis. Fabius: Quæ crebris parvisque conatibus se attolunt inaequalia tantum & velut confragosa, nec admirationem consequuntur eminent-

tium, & planorum gratiam perdunt. Schelius.

³ Ita sentit.] Sic distingue, ac ne ipse q. ita sentit: sed more veteri & alias a vestris. Pith.

⁴ Exprime nobis.] Lego, Exprime. Acidalius.

¹ Si com-

Sequar à te præscriptam formam Maternæ. neque enim diu contradicendum est Apro, qui primum, ut opinor, nominis controversiam movit, tamquam parum proprie antiqui vocarentur, quos satis constat ante centum annos fuisse. Mibi autem de vocabulo pugna non est, sive illos antiquos, sive majores, sive quo alio mavult nomine appellet: dummodo in confesso sit, eminentiorem illorum temporum eloquentiam fuisse. Ne illi quidem parti sermonis ejus repugno, si cominus fatetur plures formas dicendi etiam iisdem sæculis, nedum diversis exstitisse. Sed quo modo inter Atticos oratores primæ Demostheni tribuuntur, proximum autem locum Æschines & Hyperides & Lysias & Lycurgus obtinent; omnium autem consensu hæc oratorum ætas maxime probatur: sic apud nos Cicero quidem ceteros eorundem temporum disertos antecessit: Calvus autem & Asinius & Cæsar & Coelius & Brutus suo jure & prioribus & sequentibus anteponuntur. nec refert quod inter se specie differant, cum genere consentiant. At strictior Calvus, numerosior Asinius, splendidior Cæsar,

ama-

1 Si cominus.] Malim, si communius, quod alii fortasse novum videbitur. Pith. Si cominus fatetur.] Pithæus, Si communius fatetur. Sed tollendum aut mutandum illud fatetur. Non enim falsus erat Aper plures formas dicendi etiam iisdem sæculis exstitisse, sed probaverat. probamus quod pro nobis facit, fatemur quod contra nos est & quodammodo extorquetur. Verba Apri fuerant. Nec quero quis disertissimus: hoc interim probasse contentus sum non esse unum eloquentie vultum, sed in illis quoque, quos vocatis antiquos, plures species deprehendi, nec statim deterius esse, quod diversum est. Fortassis. Si cominus spectentur. Apulejus: Qui sapiens iste rerum humanarum velit: non libri solis, neque disciplinis Rhetoricis dialecticisque opus esse, sed oportere eum versari quoque in rebus cominus noscendis. Quintilianus l. 10. c. 11. Hoc autem iis accidit, qui non introspectis penitus virtutibus ad primum se velut ad spectum orationis aptarunt, Schelius.

Si cominus fatetur.] Legebam, qua fatetur. Sed verbum fatetur minime convenienter de Apro dicitur: diceretur convenientius de Massalla. Ille enim id contendebar & probabat: hic quodammodo concedit & fatetur. Fortassis ita restitui potest: Ne illi quidem parti sermonis ejus repugno, quin omnes fatemur. Acidalius.

2 At strictior Calvus.] Lego una voce, adstrictior. Idem.

3 Numerosior Asinius.] Asinium Pollionem circa compositionem diligentem valde fuisse ex eo patet quod Quintilianus adducit exordium quoddam ejus adeo Celso probatum, ut optimam in eo compositionem & legem principiorum esse duxerit. Cum tamen hic dicatur videri inter Menenius & Appios studuisse: Pacuvium certe & Attium, non solum tragediis, sed etiam orationibus suis expressisse: adeo durum & siccum esse: & apud Quintilianum videri Cicerone seculo priorem, & apud Senecam epistola centesima, Compositio Pollionis

¹ amarior Coelius, gravior Brutus, vehementior & plenior & valentior Cicero; omnes tamen eandem ² sanitatem eloquentiæ ferunt: ut si omnium pariter libros in manum sumpseris, scias, quamvis in diversis ingeniis, esse quandam ³ iudicii ac voluntatis similitudinem & cognationem. Nam quod invicem se obtraxerunt, & supersunt aliqua epistolis eorum inserta, ex quibus mutua malignitas detegitur, non est oratorum vitium, sed hominum. Nam & Calvum & Asinium & ipsum Ciceronem credo solitos & invidere, & vivere, & ceteris humanæ infirmitatis vitiis affici; solum inter hos arbitror Brutum, non malignitate nec invidia, sed simpliciter & ingenue iudicium animi sui detexisse. an invideret Ciceroni, qui mihi videtur ne cæsari quidem invidisse? Quod ad Ser. Galbam & C. Lælium attinet, & ⁴ si quos alios antiquorum agitare non destitit, non exigit defensorem, cum fatear quædam eloquentiæ eorum, ut ²⁶ nascenti adhuc nec satis adultæ, defuisse. Ceterum si omisso optimo illo, & perfectissimo genere eloquentiæ, eligenda sit forma dicendi; malim hercule C. Gracchi impetum, aut L. Crassi maturitatem, quam ⁵ calamistros

Mæce-

Pollionis Asinii salebrosa & exiliens & ubi minime expectes, relictura, denique apud Ciceronem omnia desinunt, apud Pollionem cadunt. Dubitabam an talis scriptor quantumvis diligens, numerosus recte diceretur, an potius, morosus? Summa enim in eo, ut ait Fabius, diligentia, adeo ut quibusdam etiam nimia videretur. Seneca Pater, Strictum ejus & asperum, & nimis ratum in dicendo iudicium. Schelius.

† *Splendidior Cesar.] Cicero Bruto: splendidam quandam minimeque veteratorem rationem dicendi tenet voce, motu, forma etiam magnifica & generosa quodammodo. Idem.*

¹ *Amarior Calius.] Quintilianus eodem: in accusando multa urbanitas. Plinius Epist. 8. lib. 6. Vide, attendas, ne in bilem aut amaritudinem vertat injuria. Idem.*

² *Sanitatem eloquentiæ ferunt.] Sententia vult præferunt. Atque ita scribo.*

Tamen Tacitus 4. *Histor. quos spiritus gessit, vultu ferebat Et lib. 2. letitiam & gratulationem vultu ferens, animo anxius. Paulo tamen in Tacito istis aliares & ratio est, quia vultu additur. Acidalius.*

³ *Judicii ac voluminis similitudinem & cogitationem.] Recte Lipsius, voluntatis similitudinem ac cognationem. Quint. Mirabile in illo recti generis voluntatem. Cicero oratore: Quæ dicendi ratio, quæ voluntas. Schelius.*

⁴ *Si quis alios antiquorum agitare non destitit.] Quintilianus: Potioribus Senecam præferri non sinebam, quos ille incessere non destiterat. Idem.*

⁵ *Calamistros Mæcenatis.] Cicero: ineptis gratum fortasse fecit, qui voluit illa calamistris inurere. Idem. Calamistros Mæcenatis.] Pomponius Sabinus mediæ ætatis grammaticus in Carmen de obitu Mæcenatis. Cornelius, inquit, Tacitus appellat scripta Mæcenatis, calamistros. Pithœus.*

1 Timui-

Mæcenatis, aut ¹ tinnitus Gallionis. adeo malim oratorem, vel hirta toga induere, quam ² fucatis & meretriciis vestibus insignire. Neque enim oratorius iste, immo ³ hercule ne virilis quidem cultus est, quo plerique temporum nostrorum actores ita utuntur, ut ⁴ lascivia verborum, & ⁵ levitate sententiarum, & licentia compositionis, histrionales modos expriment. quodque vix auditu fas esse debeat, laudis & gloriæ & ⁶ ingenii loco plerique jactant, *cantari saltarique commentarios suos*. Unde oritur illa fœda & præpostera, sed tamen frequens quibusdam exclamatio, ⁷ ut *oratores nostri tenere dicere, histriones diserte saltare* dicantur. Equidem non negaverim Cassium Severum, quem solum Aper noster nominare ausus est, si his comparatur qui postea fuerunt, posse oratorem vocari, quamquam in magna parte librorum suorum ⁸ plus vis habeat quam sanguinis. Primus enim

¹ Tinnitus Gallionis.] Quintilianus: Nam tumidos & corruptos & tinnulos & quocunque alio cacozelia genere peccantes certum habeo, non virium, sed infirmitatis vitio laborare, ut corpora non robore sed valetudine instantur. Schelius.

² Fucatus & meretriciis vestibus.] Cicero, succus ille & sanguis incorruptus usque ad hanc ætatem oratorum fuit, in qua naturalis inesset, non fucatus nitor. Idem.

³ Ne hercule virilis quidem cultus.] Quintilianus l. 8. Ornatus viriis fortis & sanctus sit. Idem. Ex quibus adsumatur solida & virilis ingenii vis. Idem lib. 11. Que lenis & quadrata sed virilis tamen compositio. Idem.

⁴ Lascivia verborum.] Quin&. Alios recens hæc lascivia delitiaeque & omnia ad voluptatem multitudinis imperite composita delectant. Idem.

⁵ Levitate sententiarum.] Petronius: sententiarum vanissimum strepitum. Idem.

⁶ Ingenii loco.] Fuit illa etiam olim scholasticorum declamatorum vanitas, ut in ineptiis nescio quibus ingenium, in ostentatione autem ingenii omnem eloquentiam positam ducerent, qui tamen intellexisse non videntur, quando minor laus sit esse ingeniosum quam disertum. Fabius de iis, qui solas petunt

sententias: *Itaque ingeniosi vocentur, ut libet, dum tamen constet contumeliose se laudari disertum.* Martialis,

Cum sexaginta numeret Casselii annos, Ingeniosus homo est, quando disertus erit. Schelius.

⁷ Ut Oratores nostri tenere dicere.] Recte ita Lipsius. nam quamvis in aliqua parte laudabilis sit oratio tenera, mollis & flexibilis, teneritudo tamen magis saltantis quam dicentis laus est. Sicut oratoris est diserte dicere, sic histrionis tenere saltare. Cic. in Pisonem: *Samothraciam te primum inde Tharsum cum his teneris saltatoribus & cum Antobalo Athamante & Timocle formosis fratribus contulisti.* Ovidius de Arte Amatoria: *Illæ placet gestu, numerosaque brachia ducit,*

Et tenerum molli torquet ab arte latus. Ideo qui virilem & masculam orationem affectabant, currentibus etiam numeris, quo eos inhiherent, objiciebant, quo teneram delicatamque modulandi voluptatem refugerent, ut de Pollione memorat Quintilianus. Schelius.

⁸ Plus vis quam sanguinis.] Fabius de eodem. *Ingenii plurimum est in eo, & acerbitas mira, & urbanitas & vis summa, sed plus stomacho quam consilio dedit.*

Aaa

Idem.

enim contempto ordine rerum, omiſſa modeſtia, ac pudore verborum, iſtis etiam quibus utitur armis incompoſitus, & ſtudio ferendi plerumque detectus non pugnat, ſed rixatur. Ceterum, ut dixi, ſequentibus comparatus, & varietate eruditionis, & lepore urbanitatis, & iſſarum virium robore, multum ceteros ſuperat. quorum neminem Aper nominare, & velut in aciem educere ſuſtinuit. Ego autem exſpectabam, ut inculato Aſinio, & Cœlio, & Calvo, aliud nobis agmen produceret, plurisque vel certe totidem nominaret, ex quibus alium Ciceroni, alium Cæſari, ſingulis demum ſingulos opponeremus. Nunc detrectaſſe nominatim antiquos oratores contentus, neminem ſequentium laudare auſus eſt niſi in publicum & in commune. veritus credo ne multos offenderet, ſi paucos ¹ excerpſiſſet. quotus enim quiſque ſcholasticorum non hac ſua perſuaſione fruitur, ut ſe ante Ciceronem numeret, ſed ²⁷ ² plane ³ poſt Gabinianum? At ego non verebor nominare ſingulos, quo facilius propoſitis exemplis appareat, quibus gradibus fracta ſit & deminuta eloquentia. *Appropera*, inquit Maternus, ⁴ & potius exſolve promiſſum. Neque enim hoc colligi deſideramus, diſertiores eſſe antiquos, quod apud me equidem in confeſſo eſt, ſed cauſas exquirimus, quas te ſolitum tractare, paulo ante, plane mitiore elo-

quentia

Idem. *Plus vis habeat quam ſanguinis.*] Etiamſi ſenſui ſatiſfieret, vox tamen placere non poſſet. Lege: *plus ire habeat quam ſanguinis.* Tacitus 1. ann. *Cassii Severi libidine, qua viros ſæminasque iniuſtres procacibus ſcriptis diſſamaverat.* 1. 4. *Relatum & de Cassio Severo exſulo, qui ſordida originis, maleſicæ vitæ, ſed orandi validus, per immodicas inimicitias, ut iudicio jurati ſenatus Cretam amoveretur, effecerat, atque, illic eadem altitudo recentia veteraque odia advertit.* Gronov.

¹ *Excerpſiſſet.*] *Excepſiſſet.* Pith.

² *Plane poſt Gabinianum.*] Petronius. *Rogo inquit Magiſter quid putes inter Ciceronem & Publicum intereſſe. Ego alterum puto diſertioſiorem fuiſſe, alterum ho-neſtiorum.* Schelius.

³ *Poſt Gabinianum.*] Rhetor fuit Veſpaſiani ævo de quo Eusebii Chronicon: *Gabinianus celeberrimi nominis rhetor in Gallia docuit.* Ita liber, qui apud me manuſcriptus, probus veruſque. Vulgo, *Gabinus.* Nominant & Hieronymus, & Suetonii index de claris rhetoribus, quod doctiſſimus & optimus Nic. Faber adnotavit. Lipsius.

⁴ *Et potius exſolve promiſſum*] *Lego, ocuus.* Acidalius.

⁵ *Quas te ſolitum tractare paulo ante plane mitiore eloquentia & temporum noſtrorum miratus.*] In quodam libro eſt: *paulo ante dixiſti.* Scribe *Quas te ſolitum tractare paulo ante dixiſti, plane mitior & eloquentia temporum noſtrorum non iratus, antequam te Aper offenderet majores tuos*

quentia & ¹ temporum nostrorum miratus, antequam te Aper offenderet majores tuos laceffendo. *non sum*, inquit, offensus ² Aprina disputatione, nec vos offendi decebit, si quid forte aures vestras perstringet, cum sciatis hanc esse ejusmodi sermonum legem, ³ iudicium animi citra damnum affectus proferre. *Perge*, inquit Maternus, & cum de antiquis loquaris, utere antiqua libertate, à qua vel magis degeneravimus, quam ab eloquentia. Et Messalla, ²⁸ *Non reconditas* Materne causas requiris: nec aut tibi ipsi, aut huic Secundo, vel huic Apro ignotas, etiamsi mihi partes assignatis proferendi in medium, quæ omnes sentimus. Quis enim ignorat & eloquentiam & ceteras artes descivisse ab ista vetere gloria, non inopia hominum: sed desidia juventutis, & negligentia parentum, & inscientia præcipientium, & oblivione moris antiqui? quæ mala primum in urbe nata, mox per Italiam fusa, jam in provincias manant: quamquam nostra nobis notiora sunt. ⁴ Ego de urbe & his propriis ac vernaculis vitiis loquar, quæ natos statim excipiunt, & per singulos ætatis gradus cumulantur, si prius de severitate ac disciplina majorum circa edu-

tuos laceffendo. Non enim miratus fuerat Messala eloquentiam ævillius, sed Secundum & Aprum, viros optimos & temporum istorum Oratores, appellaverat, nec minus probari dixerat in secundo, quod Julii Asiatici vitam composuisset, quam in Apro, quod nondum à Scholasticis Controversiis recessisset, & otium suum novorum Rhetorum more quam veterum Oratorum consumere mallet. Quæ quamvis satis mitia & benigna, adeo tamen non erant mirantis novam facundiam, ut Aper longe secus acceperit. *Non desinis*, inquit, *Messala*, vetera tantum & antiqua mirari, nostrorum autem temporum studia irridere atque contemnere, &c. Cui deinde Messala se ne Aprum quidem aliter sentire credere, ac velle se impetratum ab aliquo eorum, ut causas hujus infinita differentia scrutetur, ac reddat, quas secum ipse plerumque conquirat, Stautius Hercule Sur. Paca-

tus mitisque veni nec turbidus irâ. Schel.

¹ *Temporum nostrorum miratus.*] Lipsius ex quodam libro interponit dixisti. Sed hujus verbi vis latet in *miratus* pro quo reponendam, *narrabas*. Gronov.

² *Aprina disputatione.*] Lipsii inventum ex libro, in quo: à prima disp. Nec repugno. Malim tamen, *Aprini nostri disputatione*. nam *nri* facile degeneravit in *ma*. Idem.

³ *Judicium animi citra damnum affectus proferri.*] Id est, ut damnum affectus ne faciat, ne amittat benevolentiam diversum sentientium, qui iudicium suum libere profert. Livius 9. *Quid se vini amor in dies fieret acrior, quid si trux & præservida ira* (nec quicquam dubium inter scriptores refero) nulla ne hæc damna imperatoris virtutibus ducimus. Schel.

⁴ *Ego de urbe & his propriis.*] Credam melius, Ergo: quia præcessit, *nostra nobis notiora sunt*. Acidalius.

educandos formandosque liberos pauca prædixero. Jam-
 primum suus cuique filius ex casta parente natus, non in
 cella emptæ nutricis, ¹ sed gremio ac sinu matris educaba-
 tur, cujus præcipua laus erat, tueri domum, & inservire
 liberis. Eligebatur autem aliqua major natu propinqua,
² cujus probatis spectatisque moribus, omnis cujuscumque fam-
 iliæ suboles committeretur, coram qua neque dicere fas
 erat quod turpe dictu, neque facere quod inhonestum fa-
 ctu videretur. ³ Ac non studia modo curasque, sed remis-
 siones etiam lususque puerorum, sanctitate quadam ac ve-
 recundia temperabat. Sic Corneliam Gracchorum, sic
 Aureliam Cæsaris: sic Attiam Augusti matrem præfuisse
 educationibus, ac produxisse principes liberos accepimus.
 quæ disciplina ac severitas eo pertinebat, ut sincera & inte-
 gra & nullis pravitatibus detorta uniuscuiusque natura, to-
 to statim pectore arriperet artes honestas: & sive ad rem
 militarem, sive ad juris scientiam, sive ad eloquentiæ stu-
 dium inclinasset, id solum ageret, id universum hauriret.
 29 At nunc natus infans delegatur Græculæ alicui ancillæ,
 cui

¹ In gremio ac sinu matris.] Tacitus Agricola: Mater Julia Procilla fuit rara castitatis: in hujus sinu indulgentiæque educatus. Conjungit cum sinu indulgentiam: quæ tamen pro amore materno in bonam partem hic est accipienda ut sæpe. Cicero Verrina: Qui simili sensu & indulgentia filiorum commoventur. De Oratore 11. Si feræ partus suos diligunt, qua nos in liberos nostros indulgentia esse decet. Idem Cicero de filiorum reverentia & amore erga parentem usurpat de Officiis lib. 3. magnus imprimis vir & perindulgens in patrem. Quamvis enim naturalis ille parentum in liberos amor modum excedat sæpe, & vitiis eorum indulgeat: tamen quia nullius utilitatis suæ laudi, non vitio dari solet quamvis re ipsa sit vitiosa: mollis enim educatio indulgentia vocabatur ut ait Quintilianus: Mollis ista educatio quam indulgentiam vocamus. Schelius.

² Cujus probatis spectatisque moribus omnis cujuscumque familia suboles commit-

teretur.] Committere se sanctitati Pompeii, dicit apud Vellejum Mithradates: Loco, qui adhuc corruptus est: Prior filius Tigranes, sed discors patris pervenit ad Pompejum, mox ipse supplicis & præfatus regnumque ditioni ejus permisit præfatus neminem alium neque Romanum neque ullius gentis virum futurum fuisse, cujus se societati commissurus foret quam Cn. Pompejum. Scribendum ut dixi; sanctitati. Ab hac enim celebratur Pompejus. Vellejus de eo: Innocentia eximius, sanctitate præcipuus, eloquentia medius. Cicero pro lege Manilia: Fidem vero ejus inter socios quantam existimari putatis quam hostes omnium gentium sanctissimam judicant. Quare legend. sanctitati. id enim minus abit à scriptura, quam potestati. Idem.

³ Ac non studia solum moresque.] Ver. Ac non studia modo curasque, sed remissiones etiam lususque, rectius. Pith. Ac non studia modo curasque.] Legendum, Hac. Quod vidit & Muretus. Acidalius.

1 Sed

cui adjungitur unus aut alter ex omnibus servis plerumque vilissimus, nec cuiquam serio ministerio accommodatus. horum fabulis & erroribus, teneri statim & rudes animi imbuuntur. Nec quisquam in tota domo pensi habet, quid coram infante domino, aut dicat, aut faciat: quando etiam ipsi parentes nec probitati neque modestiæ parvulos assuefaciunt, ¹ sed lasciviæ & libertati. per quæ paulatim impudentia irrepit, & sui alienique contemptus. Jam vero propria & peculiaria hujus urbis vitia pene in utero matris concipi mihi videntur, ² histrionalis favor, & gladiatorum ³ equorumque studia. quibus occupatus & oblectus animus quantum loci bonis artibus relinquit. quotum quemque inveneris qui domi quidquam aliud loquatur? quos alios adolescentulorum sermones excipimus, si quando auditoria ⁴ intravimus? ⁵ Nec præceptores quidem ullas crebriores cum auditoribus suis fabulas habent. colligunt enim discipulos non severitate disciplinæ, nec ingenii experimento, sed ⁶ ambitione salutantium, & illecebris adulationis.

¹ *Sed lasciviæ & libertati.*] Quintilianus: *Gaudemus si quid licentius dixerint. verba ne Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu & osculis excipimus.* Schel. *Sed lasciviæ & libertati.*] Vide 3 Observat. 4. Gronovius.

² *Histrionalis favor & gladiatorum.*] Quanta hominum turba ad theatra & amphitheatra, confluerit, quanta infania spectacula secuti sint, passim apud veteres licet observare. Seneca: *In quibus eodem tempore theatris via postulantur.* Non tantum, inquit, non sufficiunt sedes turbæ hominum spectanti, sed ne viæ quidem in quibus stant. Tertullianus. *Apud spectacula & in via stantur.* Excuneatos appellat Appulejus. *Postulari autem quod proprium plebis populi que est, dicuntur viæ quia has sibi & in his locum velit dari.* Schelius.

³ *Equorumque studio.*] Suetonius Nerone: *Equorum studio vel præcipue ab ineunte ætate flagavit, plurimusque illi sermo, quanquam vetaretur, de Circensibus erat, & quondam tractum Prasinum agitatore inter condiscipulos querens,*

objurgante magistro, de Hectore se loqui ementitus est. Idem

⁴ *Intravimus.*] *Intramus melius, nisi & antea excepimus.* Idem.

⁵ *Nec præceptores quidem ullas.*] *Lege & hic, Ne præceptores quidem ullas.* Gronovius.

⁶ *Ambitione salutantium.*] *Supra salutantium quam salutationum: at hic malim salutationum legere.* Petronius: *Nimirum in his exercitationibus doctores peccant, qui necesse habent cum insanientibus furere: nam nisi dixerint, que adolescentuli probent, ut ait Cicero, soli in scholis relinquuntur.* Et statim: *Quid erga est? Parentes objurgatione digni sunt, qui nolunt liberos suos severa lege proficere. Primum enim, sicut omnia, spes quoque suas ambitione donant.* Cicero lib. xv. ad Atticum epist. 2. *Brutus mihi ad me orationem suam habitam in concione Capitolina, petivitque à me, ut eam ne ambitiose corrigerem antequam ederet. Id est, ut eam corrigerem absque ambitione, nec sibi adularer, quasi nihil in ea sit, quod emendari queat.* Schelius. *Ambitione*

tionis. Transeo prima discipulorum elementa, in quibus & ipsis parum elaboratur. ¹ nec in auctoribus cognoscendis, nec in evolvenda antiquitate, nec in notitia vel rerum, vel hominum, vel temporum satis operæ infumitur. ² sed expectantur quos *Rhetoras* vocant: quorum professio quando primum in hanc urbem introducta sit, quamque nullam apud majores nostros auctoritatem habuit, ³ statim docuero.
 30 Referam necesse est animum ad eam disciplinam, qua usos esse eos oratores accepimus, quorum infinitus labor & cotidiana meditatio & in omni genere studiorum exercitationes, ipsorum etiam continentur libris. Notus est vobis antiquæ Ciceronis liber qui *Brutus* inscribitur, in cujus extrema parte, (nam prior commemorationem veterum oratorum habet,) sua initia, suos gradus, suæ eloquentiæ velut quandam educationem refert. *se apud Q. Mucium jus civile didicisse; apud Philonem Academicum, apud Diodorum Stoicum omnis philosophiæ partes peritus hausisse: neque his doctoribus contentum, quorum ei copia in urbe contigerat, Achaiam quoque & Asiam peragrassè, ut omnem omnium artium varietatem complecteretur.* Itaque hercule in libris Ciceronis deprehendere licet, non geometriæ, non musicæ, non grammaticæ, non denique ullius ingenuæ artis scientiam ei defuisse. Ille dialecticæ subtilitatem; ille moralis partis utilitatem; ille rerum motus causasque cognovit. ita enim est, optimi viri, ita ex multa eruditione, ex pluribus artibus, & omnium rerum scientia exundat & exuberat illa admirabilis eloquentia. neque oratoris vis & facultas, sicut ceterarum rerum, angustis & brevibus terminis cluditur: sed is est orator, qui de omni quæstione pulchre & ornate & ad persuadendum apte dicere, pro dignitate rerum, ad utilitatem

zione salutantium.] *Lego, salutationum.* Illud ad alios refertur præter mentem: hoc de ipsis præceptoribus, ut debet, accipietur *Acidalius.*

¹ *Nec in auctoribus cognoscendis*] Cicerone: *Brutum totum cognovisse Demosthenem.* Fabius: *Autores maximi sic*

diligentius cognoscuntur. Schelius.

² *Sed expectantur.*] *Expetuntur.* Pith.

³ *Statim de curiis Referam necesse.*] *Scrib. esse, habuerit, statim dicturus, referam necesse est animum ad eam disciplinam, monuimus Observat.* 3 4. Gronovius.

tem temporum, cum voluptate audientium possit. Hæc 3^r sibi illi veteres persuadebant. ad hæc efficienda intelligebant opus esse, non ut rhetorum scholis declamarent, nec ut fictis nec ullo modo ad veritatem accedentibus controversiis linguam modo & vocem exercerent; sed ut his artibus pectus implerent, in quibus de bonis ac malis, de honesto ac turpi, de justo & injusto disputatur. Hæc enim est oratori subjecta ad dicendum materia. Nam in judiciis fere de æquitate, 2 in deliberationibus de honestate dicimus, ita ut plerumque hæc ipsa invicem misceantur. de quibus copiose & varie & ornate nemo dicere potest, nisi qui cognovit naturam humanam, & vim virtutum, pravitatemque vitiorum, 3 & intellectum eorum quæ nec in virtutibus neque in vitiis numerantur. Ex his fontibus etiam illa profluunt, 4 ut facilius iram iudicis vel instiget vel leniat, qui scit quid ira; promptius ad miserationem impellat, qui scit quid sit misericordia, & quibus animi motibus concitetur. In his artibus exercitationibusque versatus orator, sive apud infestos, sive apud cupidos, sive apud invidentes, sive apud tristes, sive apud timentes dicendum habuerit, tenebit habenas animorum: & prout cujusque natura postulabit, adhibebit manum & temperabit orationem, parato omni instrumento, & ad omnem usum

1 Non ut rhetorum scholis declamarent.] Addenda forte præpositio, ut rhetorum in scholis. Vel, ut in rhetorum scholis. Acidalius.

2 In deliberationibus de honestate.] Omittit, male opinor, tertium causarum genus. Nec sane in deliberationibus potissimum de honestate agitur. Muretus ergo in fictione valde apta legebat: nam in judiciis fere de æquitate, in deliberationibus de utilitate, in laudationibus de honestate dicimus. Idem.

3 Et intellectum eorum.] Insolentius videtur cognoscere intellectum. Volebam delectum. Fabius quidem alicubi dixit capere intellectum. Quod illa prima etas & intellectum disciplinarum capere & la-

borem pati non possit. Schelius.

4 Ut facilius iram iudicis vel instiget.] Etiam ad *παιδείαν* necessariam esse interiorum philosophiæ cognitionem: quæ quidem, si iudices essent sapientes, supervacanea & *ἔξω ἡ πρῶτον* essent, sed *ἂν τὸν ἑὸν ἀγαθὸν μὲν ἔσται* regnant præne in oratione. Quod si mihi des, ait Quintilianus, consilium iudicum sapientum, perquam multa recidam ex orationibus, non Ciceronis modo, sed etiam ejus, qui est strictior multo, Demosthenis. Neque enim affectus omnino movendi erunt, nec aures delectatione mulcendæ, cum etiam præmia supervacua esse apud tales Aristoteles existimet. Idem.

usum reposito. Sunt apud quos astrictum, & collectum, & singula statim argumenta concludens dicendi genus, plus fidei meretur. apud hos dedisse operam dialecticæ proficiet. Alios fusa, & æqualis, & ex communibus ducta sensibus oratio, magis delectat. ad hos permovendos mutuabimur aliquid ¹ à Peripateticis. hi aptos & in omnem disputationem paratos jam ² locos dabunt: Academici pugnacitatem, Plato altitudinem; Xenophon jucunditatem. ne Epicuri quidem & Metrodori honestas quasdam exclamations assumere, hisque, prout res poscit, uti alienum erit oratori. neque enim sapientem informamus, neque Stoicorum civitatem, sed eum ³ qui non quasdam artes audire, sed omnes liberaliter debet. Ideoque & juris civilis scientiam veteres oratores comprehendebant; & grammatica, musica, & geometria imbuebantur. Incidunt enim causæ plurimæ quidem ac pæne omnes, quibus juris notitia desideratur: pleræque autem, in quibus hæ quoque scientiæ

¹ *A Peripateticis: hi aptos & in omnem.* Lipsius testatur valde sibi placere cum Rodolpho Agricola hæc omnia scribi & distingui: a Peripateticis. aptos & in omnem disciplinam paratos jam locos dabunt Academici, Stoici pugnacitatem. At illi vehementer falluntur. nam loci nulla ratione auferuntur Peripateticis vel propter topica, quibus disciplinam inveniendarum argumentorum, ut sine ullo errore ad eam rationem via perveniremus ab Aristotele inventa contineri tradit Cicero, in libro, quem sic ipse inscripsit. Idem in Oratore: In hac Aristoteles adolescentem, non ad philosophorum morem tenuiter differendi, sed ad copiam rhetoricum in utramque partem ut ornatius & uberius dici possit, exercuit: idemque locos; (sic enim appellat) quasi argumentorum notas, tradidit, unde omnis in utramque partem traheretur oratio. Plutarc. in 1. Συμπος. ἀλλὰ δὲ, καὶ ἀπὸ τῶν μελετῶν τῶν στωικῶν, τὰς ἀριστοτέλους τῶν ἢ τὰς ὀργασμῶν ὑπερβαλλόντων. Nec pugnacitatem involari sibi æquo animo ferunt Acade-

mici. Fabius lib. 12. cap. 2. *Academiam quidam utilissimam credunt, quod mos in utramque partem differendi ad exercitacionem forensium causarum proxime accedat.* Cicero 1. de oratore: Carneades vera multo uberius de iisdem rebus loquebatur; non quo aperiret sententiam suam, (hic enim mos erat patrius Academia, adversari semper omnibus in disputando) sed tum maxime tamen hac significabat, &c. neque posse quemquam facultatem assequi dicendi, nisi qui philosophorum inventa didicisset. Gronovius.

² *Locos dabunt.* Ac. p. p. a. X. jucunditatem ne Epicuri quidem, &c. prout res poscet. sic distingue. Pith.

³ *Qui non quasdam artes audire sed omnes liberaliter debet.* Lipsius adire vel haurire & liberales. Quintilianus, lib. 11. Interim nolo se juvenes satis instructos, si quem ex his, qui breves plerunque circumferuntur, artis libellum edidicerit, & velut decretis Technicorum tutos putent. Multo labore, assiduo studio, varia exercitacione, pluribus experimentis, altissima prudentia, presentissimo consilio constat ars dicendi. Schelius.

scientiæ requiruntur. ¹ Nec quisquam respondeat: *sufficit* ² ut ad tempus simplex quiddam & uniforme doceamur. Primum enim aliter utimur propriis, aliter commodatis: longeque interesse manifestum est, possideat quis quæ profert, an mutuetur. Deinde ipsa multarum artium scientia ² etiam aliud agentes nos ornat, atque ubi minime credas, eminet & excellit. Idque non doctus modo & prudens auditor, sed etiam populus intelligit: ac statim ita laude profequitur, ut *legitime studuisse, ut per omnes eloquentiæ numeros isse,* ³ ut denique oratorem etiam fateatur. quem non posse aliter existere, nec existisse umquam confirmo, nisi eum qui tamquam in aciem omnibus armis instructus, sic in forum omnibus artibus armatus exierit. quod adeo negligitur ab horum temporum disertis, ut in actionibus eorum ⁴ fex quoque cottidiani sermonis, fœda ac pudenda vitia deprehendantur, ut ignorent leges, non teneant S. C. jus civitatis ultro derideant: sapientiæ vero studium & præcepta prudentium penitus reformident: in paucissimos sensus & angustas sententias ⁵ detrudant eloquentiam, velut

expul-

¹ Nec quisquam respondeat: *sufficit ut ad tempus.*] Nec male foret: respondeat, sufficere. Gronovius.

² Etiam aliud agentes nos ornat.] Quintilianus: *Quis etiam, cum se non ostendunt in dicendo, nec proferunt, vim tamen occultam suggerunt & tacite quoque sentiuntur.* Idem: *Unde nos non id agentes furtim decor ille discipulis traditus profequatur.* Schelius.

³ Ut denique oratorem etiam fateatur.] Muretus pro etiam supponebat esse. Valde probo, etsi nec alterum improbo. Acidalius.

⁴ Fex quotidiani sermonis.] Opponit & Cæsar copiosæ & factæ orationi quotidianum sermonem in præfatione librorum de Analogia ubi ad Ciceronem sic scripserat: *Nec si cogitata præclare eloqui posse (ita enim scribendum censeo, non autem: Ac si præclare eloqui possent. ut est in vulgatis) nonnulli studio & usu elaboraverunt, (cujus te pene principem copia, atque inventorem bene de nomine ac*

dignitate populi Romani meritum esse existimare debemus) hunc facilem & quotidianum novisse sermonem nunc pro derelicto habendum est. Vidit jam pridem Lambinus deesse negationem huic loco, unde legebat, *non pro derelicto habendum, cujus mutationis causam eum vellet prodidisse Gruterus.* Sensus loci est. Etiam si à Cicerone aliisque jam eloquentia ad id fastigium perducta sit, ut magna cum copia & gravitate orationis præclare & minime vulgariter omnia eloquantur; non tamen ideo pro derelicto habenda est hæc quotidiani cura sermonis. *tò tunc & nunc autem tò sè solent respondere.* Seneca Medea:

Nunc est probanda, si locum virtus habet.

ubi alii libri, *Tunc.* Hyginus. *que tunc dabitur, si pedatura permittit.* Schelius.

⁵ Detrudant eloquentiam velut expulsam regno suo.] Cicero de oratore 1. *A philosophis oratorem excludi ab omni doctrina rerumque majorum scientia ac tan-*

expulsam regno suo: ut quæ olim omnium artium domina pulcherrimo comitatu pectora implebat, nunc circumcisa & amputata, sine apparatu, sine honore, pæne dixerim sine ingenuitate, quasi una ex sordidissimis artificiis discatur. Ergo hanc primam & præcipuam causam arbitror, cur tantum ab eloquentia antiquorum oratorum recesserimus. Si testes desiderantur, quos potiores nominabo quam apud Græcos Demosthenem? quem studiosissimum Platonis auditorem fuisse memoriæ proditum est.
 1 Et Cicero his ut opinor verbis, *quidquid in eloquentia effecerit, 2 id se non rhetorum, sed Academiae spatii consecutum.* Sunt aliæ causæ magnæ & graves, quas à vobis aperiri æquum est, quoniam quidem ego jam meum munus explevi, & quod mihi in consuetudine est, satis multos offendi: qui si forte hoc audirent, certum habeo dicturos, *me dum juris & philosophiæ scientiam tamquam oratori necessariam laudo, ineptiis meis plausisse.* Et Maternus, *Mihi quidem, inquit, susceptum à te munus adeo peregrinasse nondum videris, ut inchoasse tantum, & velut vestigia ac lineamenta quædam ostendisse videaris.* Nam quibus instrui veteres oratores soliti sint, dixisti, differentiamque nostræ desidiæ & inscientiæ adversus acerrima & fecundissima eorum studia demonstrasti: cetera exspecto, ut quemadmodum ex te didici quid aut illi scirent, aut nos nesciamus, ita hoc quoque cognoscam, quibus exercitationibus juvenes jam & forum ingressi confirmare & alere ingenia sua soliti sint. neque enim arte & scientia, sed longe magis facultate eloquentiam contineri, nec tu puto abnuēs, & hi significare vultu

tum in judicia & conciuunculas, tamquam in aliquod pistrinum, detrudi. lib. III. *Quantis ex angustiis oratorem educere ausus es & in majorum suorum regno collocare.* Idem.

1 *Et Cicero, his, ut opinor, verbis.]* Videtur legendum, *Et Ciceronem.* ut pendeat à superiori verbo, *nominabo:* sicuti dixit, *Demosthenem.* Sed & vulgata lectio proba: nam subintelligitur

dixit seu testatus est. Pichena.

2 *Id se non rhetorum.]* Muretus pro *id* supponit *ait.* Non quidem libenter *id* mutari patiar, verbum tamen ejusmodi desideratur, quod non incommode ex isto formatur. Ad hoc leve levius addam, præpositionem etiam videri inferendam, ut & paullo ante monuimus, *non in rhetorum.* Acidalius.

1 *Nisi*

vultu videntur. Deinde cum Aper & Secundus idem annuissent, Messalla quasi rursus incipiens: *Quoniam initia & semina veteris eloquentiæ satis demonstrasse videor, docendo quibus artibus antiqui oratores institui erudiri que soliti sint, persequar nunc exercitationem eorum: quamquam ipsis artibus inest exercitatio, nec quisquam percipere tot reconditas aut tam varias res potest, nisi ut scientiæ meditatio, meditationi facultas, facultati vis eloquentiæ accedat. per quæ colligitur eadem esse rationem, & percipiendi quæ proferas, & proferendi quæ perceperis. sed si cui obscuriora hæc videntur, isque scientiam ab exercitatione separat, id certe concedet, instructum & plenum his artibus animum, longe paratiorem ad eas exercitationes venturum, quæ propriæ circa oratoriam videntur.* Ergo apud majores nostros juvenis ille, qui foro & elo-³⁴quentiæ parabatur, imbutus jam domestica disciplina, refertus honestis studiis, deducebatur à patre, vel à propinquis, ad eum oratorem qui principem locum in civitate tenebat. hunc sectari, hunc prosequi, hujus omnibus dictionibus interesse, sive in judiciis, sive in concionibus assuescebat, ita ut altercationes quoque excipere, & jurgiis interesse, utque sic dixerim, pugnare in prælio disceret. magnus ex hoc usus, multum constantiæ, plurimum judicii juvenibus statim contingebat, in media luce studentibus atque inter ipsa discrimina, ubi nemo impune stulte aliquid, aut contrarie dicit, quo minus & iudex respuat, & adversarius exprobret, ipsi denique advocati aspernen-

tur.

1 *Nisi ut scientiæ meditatio.]* Deleam particulam *ut*, cujus nullus usus nunc: sed fuisse, si ita præcessisset: *nec quisquam aliter percipere. Pro vis sententia me cogit, ut usus reponam. Idem.*

2 *Quæ propriæ circa oratoriam videntur.]* Non displicet conjectura Lipsii circo oratorio, malim tamen quod proprius scripturæ, oratorum. Statim: adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum. Inferius: *Est aliquis Orato-*

rum campus per quem nisi liberi & soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Schelius.

3 *Ad eum Oratorem.]* Quintilianus: *Juvenis qui rationem inveniendi eloquentiæ diligenter exceperit & exercitationem quoque modicam fuerit consecutus, Oratorem sibi aliquem, quod apud majores fieri solebat, deligat, quem sequatur, judicium intersit quam plurimis, sit certaminis, cui destinatur, frequens spectator. Idem.*

1 Non

tur. Igitur vera statim & incorrupta eloquentia imbuebantur: & quamquam unum sequerentur, tamen omnes ejusdem ætatis patronos in plurimis & causis & judiciis cognoscebant: habebantque ipsius populi diversissimarum aurium copiam, ex qua facile deprehendebatur quid in quoque vel probaretur vel displiceret: Ita nec præceptor deerat optimus quidem & electissimus, qui faciem eloquentiæ, non imaginem præstaret: nec adversarii & æmuli, ferro ¹ non rudibus dimicantes: ² sed auditorium semper plenum, semper novum, ex invidis & faventibus, ut nec bene dicta dissimularentur. Scitis enim magnam illam & duraturam eloquentiæ famam, non minus in diversis subselliis parari quam suis: quin inmo constantius surgere ibi, fidelius corroborari. Atque hercule ³ sub ejusmodi præceptionibus juvenis ille de quo loquimur, oratorum discipulus, fori auditor, sectator judiciorum, eruditus & assuefactus alienis experimentis, cui cottidie audienti notæ leges, non novi judicum vultus, frequens in oculis consuetudo concionum, sæpe cognitæ populi aures, sive accusationem susceperat, sive defensionem, solus statim & unus cui-cumque causæ par erat. Nonodecimo ætatis anno L. Crassus C. Carbonem, ⁴ uno & vicesimo Cæsar Dolabellam, altero & XX Asinius Pollio C. Catonem, non multo ætate antecedens Calvus Vatinius, iis orationibus infecuti
 35 sunt, quas hodieque cum admiratione legimus. At nunc adolescentuli nostri deducuntur in scenas scholasticorum, qui *rhetores* vocantur: quos paullo ante Ciceronis tempora exstitisse, nec placuisse majoribus nostris, ex eo manifestum est,

¹ Non rudibus dimicantes.] Lipsius, *rudibus*. non male. nescio tamen an necessario. *Sudes* enim & *rudis* varie à veteribus confunduntur, ut in commentario de re militari ostendimus. *Idem*. Non *rudibus*.] Lipsius *rudibus*. Pith.

² Sed auditorium.] Non est fortassis mutandum. Amant tamen potius, & quam, *sed*, cum isto modo neque præcessit. *Schælius*.

³ Sub ejusmodi præceptionibus.] Forte, *præceptoribus*. Gronovius.

⁴ Uno & vicesimo anno Cæsar Dolabellam.] Suetonius ait composita seditione civili M. Æmilii & D. Bruti Cassii: id fuerit circa annum Cæsaris quartum & vicesimum. *Schælius*. Uno & vicesimo Cæsar Dolabellam.] Suetonius ait in Julio cap. 5. composita seditione civili. Constat autem bellum Lepidi confectum esse

est, quod Marco Crasso & Domitio censoribus *cludere*,¹ ut ait Cicero, *ludum impudentia* iussi sunt. Sed ut dicere institueram, deducimur in scholas, quibus non facile dixerim utrumne locus ipse, an condiscipuli, an genus studiorum plus mali ingeniis afferant. Nam² in loco nihil reverentia, sed in quem nemo nisi imperitus aequae intrat. In condiscipulis nihil profectus, cum pueri inter pueros, & adolescentuli inter adolescentulos pari securitate dicant & audiantur. Ipsae vero exercitationes magna ex parte contrariae. Nempe enim duo genera materiarum apud rhetores tractantur, ³ suasoriae, & controversiae. Ex iis suasoriae quidem etsi tamquam plane leviores & minus prudentiae exigentes, pueris delegantur; controversiae robustioribus assignantur, quales per fidem, & quam incredibiliter compositae! Sequitur autem ut materiae abhorrenti a veritate decla-

esse Coss. M. Emilio & D. Bruto. quo anno Caesar a. d. iv. idus Quintiles quartum & vigesimum natalem celebravit. Igitur vel vigesimo tertio anno desinente vel vigesimo quarto incipiente Dolabellam accusaverit. Suetonii meo animo verior est sententia: nam Dolabella hic est ille, qui ex consulatu profectus in Macedoniam, devictis Thracibus, anno eo, quo Lepidus pulsus fugatusque est, triumphavit. Adi ad Fastos & M. Tullium in ea contra Pisonem. More autem fecit Caesar adolescentium ejus aetatis, qui se foro praeparabant, cum militiae forensis hoc rudimentum edidit. Vide Apuleii Apologiam, & quae ibi nuper adnotavimus. *Causabonus.*

¹ Ut Cicero ait.] Locus est lib. 3. de oratore, ex persona L. Crassi. Hoc, inquit, cum unum traderetur, & impudentia ludus esset, putavi esse Censoris, ne longius id serperet, providere, quamquam non haec ita statuo atque decerno, ut desperem ea tradi ac perpoliri; sed hominibus opus est eruditis, &c. Ex quo apparet hic legendum esse L. Crasso, non M. ut & apud Sueton. in libello de claris Rhetorib. & A. Gellii lib. xv. cap. xi. Ceterum quod ad Ciceronem ipsum attinet, certum est cum ex eodem Suetonio, tum

ex Seneca in proemio lib. i. Controversiar. ad praetoram usque Graece declamasse: Latine vero seniore quoque, & quidem cum Hirtio & Panfa Coss. quos discipulos & grandes praetextatos vocabat. Quin & cum Praetura fungetur, scholam quoque M. Antonii Gniphonis frequentasse. qui tum Rhetoricam ita docebat in urbe, ut quotidie praecipua eloquentiae traderet, declamaret vero non nisi nundinis, hunc vero cum in Gallia natus fuerit, & quidem ingenuus, inter nostros Rhetores recenseri par fuit. Ciceronis ipsius de se testimonia sunt haec, in Bruto: *Commentabar declamitans (sic enim nunc loquuntur) sepe cum M. Pifone, & cum Q. Pompeio, aut cum aliquo quotidie. Idque faciebam multum etiam Latine, sed Graece saepius.* Et lib. i. Tuscul. *Ut enim ante declamitabam causas, quod nemo me diutius fecit. sed videantur lib. vii. Famil. Epist. ult. & lib. ix. Epist. xvi. & xviii. Pithaeus.*

² In loco nihil reverentia, sed in quem.] Forte: scilicet in quem. Aut, Nam in loco nihil reverentia est, in quem. Acidalius.

³ Suasoria quidem etsi tamquam plane.] To est redundat meo iudicio. Freinshem.

¹ Viti-

declamatio quoque adhibeatur. Sic fit ut tyrannicidarum præmia, aut ¹ vitiatarum electiones, aut pestilentiaæ remedia, aut incesta matrum, aut ² quidquid in schola quotidie agitur; in foro vel raro numquam, ingentibus verbis persequantur: ³ cum ad veros iudices ventum est rem cogitare, ⁴ nihil humile, nihil abjectum eloqui poterat. Magna eloquentia, sicut flamma materia alitur, & motibus excitatur, & urendo clarescit. Eadem ratio in nostra quoque civitate antiquorum eloquentiam provexit. Nam etsi horum quoque temporum oratores ea consecuti sunt, quæ composita & quieta & beata Rep. tribui fas erat: tamen ista perturbatione ac licentia plura sibi assequi videbantur, cum mixtis omnibus & moderatore uno carentibus, tantum quisque orator saperet, quantum erranti populo persuaderi poterat. Hinc leges assiduæ, populare nomen, hinc conciones magistratuum ⁵ pæne pernoctantium in rostris, hinc accusationes potentium reorum, & assignatæ etiam domibus inimicitiaæ, hinc procerum factiones & assidua senatus adversus plebem certamina. quæ singula etsi distrahebant Rempublicam, exercebant tamen illorum temporum eloquentiam, & magnis cumulare præmiis videbantur. Quia quanto quisque plus dicendo poterat, tanto facilius honores assequeretur; tanto magis in ipsis honoribus collegas suos anteibat, tanto plus apud principes gratiæ, plus auctoritatis apud patres, plus notitiæ ac nominis apud plebem

¹ *Vitiatarum electiones.*] Recte. Respicit ad legem scholasticam quæ raptarum dicitur, *Rapta raptoris mortem vel nuptias optet.* Pithæus.

² *Quicquid in schola quotidie agitur, in foro vel raro vel nunquam, ingentibus verbis persequantur*] Petronius: *Nunc pueri in schola ludunt, juvenes ridentur in foro: & quod utroque turpius est quod quisquam perperam discit in senectute confiteri non vult.* Schelius.

³ *Cum ad veros iudices ventum est.*] Qui sequitur sermo, non jam Messallæ est, sed Materni. Itaque multa hoc loco desiderari videntur. Pithæus.

⁴ *Nihil humile, nihil abjectum.*] Cicero de finibus lib. 5. *Omnium ceterarum rerum obliti nihil abjectum, nihil humile cogitant.* Schelius.

⁵ *Pene pernoctantium.*] Eadem figura nocturni advocati dicuntur à Petronio, & Seneca in libro de brevitate vitæ: *Quos a basilica, inquit, immissi demum canes ejiciunt.* Quem locum Pincianus homo doctus & diligens frustra emendare conatus est, ut in commentatione nostra de Centumviralibus, Decemviralibus, & Septemviralibus judiciis amplius ostendimus. Pithæus.

bem ¹ parabat. hi clientelis etiam exterarum nationum redundabant. hos ituri in provincias magistratus reverebantur, hos reversi colebant. hos & præturæ & consulatus vocare ultro videbantur. hi ne privati quidem sine potestate erant, cum & populum & senatum consilio & auctoritate regerent. quinimmo sibi ipsi persuaserant, neminem sine eloquentia aut assequi posse in civitate, aut tueri conspicuum & eminentem locum. nec mirum, cum etiam invitati ad populum producerentur: cum parum esset in senatu breviter censere, nisi qui ingenio & eloquentia sententiam suam tueretur: cum in aliquam invidiam aut crimen vocati, sua voce respondendum haberent, ² cum testimonia quoque in publicis non absentes nec per tabellam dare, sed coram & præsentibus dicere cogentur. Ita ad summa eloquentiæ præmia, magna etiam ³ necessitas accedebat, & commoda. Disertum haberi, pulchrum & gloriosum: sed contra mutum & elinguem videri, deforme habebatur. Ergo non minus rubore quam præmiis stimu- 37
labantur: ne clientulorum loco potius quam patronorum numerarentur: ne traditæ à majoribus necessitudines ad alios transfirent: ne tamquam inertes & non suffecturi honoribus aut non impetrarent, aut impetratos male tuerentur. Nescio an venerint in manus vestras hæc vetera, quæ & antiquorum bibliothecis adhuc manent, & nunc maxime à Muciano contrahuntur: ac jam undecim, ut opinor, Actorum libris, & tribus Epistolarum composita, & edita sunt. Ex his intelligi potest Cn. Pompejum & Marcum

¹ Parabat.] Al. Probabat. Idem.

² Cum testimonia.] Tacitus libro 2. Annal. Vrgulanic potentia adeo nimia civitati erat, ut testis in causa quadam qua apud Senatum tractabatur, venire designaretur. Idem. Testimonia quoque in publicis non absentes.] Rodolphus in publicis judiciis non absentes. infitione valde apta. Lipsius.

³ Necessitas accedebat & commoda.] Inepte hic commodorum mentio fit, cum jam præmiorum meminerit. Lego.

necessitas accedebat & non modo disertum haberi pulchrum & gloriosum, sed contra mutum & elinguem videri deforme habebatur. Confirmat hoc, quod sequitur: Ergo non minus rubore quam præmiis stimulabantur. Non modo, sed contra ut Cicero in Bruto. Cum præsertim non modo nunquam sit aut illius a me cursus impeditus, aut ab illo meus, sed contra semper alter ab altero adjutus & communicando & monendo & savendo. Schelius.

¹ Similis

Marcum Crassum, non viribus modo & armis, sed ingenio quoque & oratione valuisse: Lentulos, & Metellos, & Lucullos, & Curiones, & ceteram procerum manum, multum in his studiis operæ curæque posuisse: nec quemquam illis temporibus magnam potentiam, sine eloquentia consecutum. His accedebat splendor rerum, & magnitudo caussarum, quæ & ipsa plurimum eloquentiæ præstant. Nam multum interest utrumne de furto, aut formula & interdicto dicendum habeas, an de ambitu comitorum, expilatis sociis, & civibus trucidatis. quæ mala sicut non accidere melius est, isque optimus civitatis status habendus est, quo nihil tale patimur: ita cum acciderent, ingentem eloquentiæ materiam subministrabant. Crescit enim cum amplitudine rerum vis ingenii, nec quisquam claram & illustrem orationem efficere potest, nisi qui causam parem invenit. Non opinor Demosthenem orationes illustrant, quas adversus tutores suos composuit: nec Ciceronem, magnum oratorem P. Quinctius defensus aut Licinius Archias faciunt: Catilina, & Milo, & Verres, & Antonius hanc illi famam circumdederunt: non quia tanti fuit R. P. malos ferre cives, ut uberem ad dicendum materiam oratores haberent: sed, ut subinde admoneo, quæstionis meminerimus, sciamusque nos de ea re loqui, quæ facilius turbidis & inquietis temporibus existit. Quis ignorat utilius ac melius esse frui pace, quam bello vexari? Plures tamen bonos præliatores bella quam pax ferunt.

* Similis eloquentiæ conditio. Nam quo sæpius steterit

tam-

1 Similis eloquentiæ conditio.] Fortassis: Similis eloquentis conditio. Nam quo sæpius steterit tanquam in acie, quoque plures & intulerit ictus & exceperit. Quo major adversarius, quo acrior, quem per pugnas sibi asperas desumerit, tanto altior & excelsior, ut illius nobilitatus discriminibus, in ore hominum agit. Per pugnas esse in veteri Codice testatur Lipsius, & adversarium sibi desumere veteribus tritum est. Livius VIII. Recto itinere duxisti exercitum ad eos, quos tibi hostes de-

sumseras. rō discriminibus Lipsii est, &c. Quamvis enim eleganter dicatur accusator alterius criminibus nobilitari & hic legi videatur posse, illius nobilitatus criminibus, in similitudinem tamen à prælio & re militari ductam & in clausulam, qua dicitur hanc esse vulgi naturam, ut secura nolint, magis quadrat, ut hoc loco discriminum quam criminum fiat mentio. Livius in 22. dixit cladis nobilitatem. Hæc est pugna Cannensis Alliensis cladis nobilitate par; cate-

1117

tamquam in acie, quoque plures & intulerit ictus & exceperit, quo major adversarius, eo acrior qui pugnas sibi asperas desumpserit, tanto altior & excelsior & illis nobilitatus criminibus, in ore hominum agit, quorum ea natura est ut secuta nolint. Transeo ad formam & consuetudinem veterum iudiciorum: quæ ¹ & si nunc aptior est * ita erit eloquentia, tanto illud forum magis exercebat, in quo nemo intra paucissimas horas perorare cogebatur, & liberæ comperendinationes erant, & modum dicendi sibi quisque sumebat, & numerus neque dierum neque patronorum ² finiebatur. ³ Primus tertio consulatu Cn. Pompejus astrinxit imposuitque veluti frenos eloquentiæ, ita tamen ut ⁴ omnia in foro, omnia in legibus, omnia apud prætores gererentur: apud quos quanto maiora negotia olim exerceri solita sunt, quod majus argumentum est, quam quod ⁵ causæ centumvirales quæ nunc primum obtinent

rum ut illis, quæ post pugnam accidere, levior, quia ab hoste cessatum, sic strage exercitus gravior scædiorque, opponuntur enim ista cladi nobilitate par, strage exercitus gravior, illis quæ post pugnam accidere levior. Livius IX. Sequitur Romana Caudina pax hunc annum nobilis elade. Schelius.

¹ Et si nunc aptior est, ita erit eloquentia, tanto.] Nobis corrupta hæc videbantur aut mutila. Rudolphus autem concinnat: *et si nunc aptior est veritati, eloquentiam tamen.* Acute, si ab ingenio; feliciter, si à libro. Lipsius. Acidalius non potest amplecti rō veritati. Sed vide nostra ad L. Senecam de ira 2. 29. Gronovius.

² Finiebatur.] Al. Cavēbatur.

³ Primus tertio consulatu Cn. Pompejus astrinxit.] Addit etiam Rudolphus: *Primus hujus rei spatia tertio, &c.* Nec hæc talia sane ab ingenii fonte videntur. Ego ex eo scribam: *Primus hujusce spatia.* Sane etiam post in hac translatione persistit: *Quomodo nobiles equos cursus & spatia probant: sic est aliquis oratorum campus, &c.* Lipsius.

⁴ Omnia in legibus.] Delenda præpo-

sitio. Mox lego: *exerceri solita sint.* Acidalius.

⁵ Causa centumvirales splendore aliorum iudiciorum obruebantur.] Cicero de oratore lib. I. Nam volitare in foro, hære in iure ac prætorum tribunalibus, iudicia privata magnarum rerum obire, in quibus sæpe non de facto, sed de equitate ac iure certetur, jactare se in causis centumviralibus, in quibus usucapionum, tutelarum, gentilitatum, agnationum, alluvionum, circumlucionum, nexorum, mancipiorum, parietum, luminum, stillicidiorum, testamentorum raptorum cæterarumque rerum innumerabilium jura versentur, cum omnino quid suum, quid alienum, quare denique civis an peregrinus, servus an liber quisquam sit, ignoret, insignis est impudentia. In quibus obiter monuerim ineptam esse illam lectionem, *testamentorum raptorum.* quæ enim ista jura sunt, aut quis ita loquitur? Gruterus ait se delevisse quod sequebatur, in vulgatis aut ratorum, quod non extaret in codicibus Memmii & Pithœi, solumque haberet Palatinus secundus testamentorum raptorum, primus vero & Tosanus & alter Memmii, testamentorum

nent locum, adeo splendore aliorum judiciorum obruebantur, ut neque Ciceronis, neque Cæsaris, neque Bruti, neque Cœlii, neque Calvi, non denique ullius magni oratoris liber apud centum viros dictus legatur, exceptis orationibus Asinii, quæ ¹ *pro hæredibus Urbinæ* inscribuntur, ab ipso tamen Pollione mediis divi Augusti temporibus habitæ, postquam longa temporum quies, & continuum populi otium, & assidua senatus tranquillitas, & maximi principis disciplina, ipsam quoque eloquentiam sicut omnia alia pacaverat? Parvum ² & ridiculum fortasse videtur quod dicturus sum, dicam tamen vel ideo ut rideatur. Quantum humilitatis putamus eloquentiæ attulisse ³ pænulas istas, quibus astricti & velut inclusi cum iudicibus fabulamur? quantum virium detraxisse orationi auditoria & tabu-

rum raptorum aut raptorum ut apparet appositum à scribis pro lectione variante. Nihil verisimilius succurrit, quam scripsisse Ciceronem *nuptiarum*. Præsertim cum postremum inter exempla, quibus ostendit juris cognitionem oratori esse necessariam, de jure connubii & nuptiarum sit. *Quid quod usu, memoria patrum, venit, ut paterfamilias, qui ex Hispania Romam venisset, cum uxorem pregnantem in Provincia reliquisset, Romæque alteram duxisset, neque nuntium priori remisisset, mortuusque esset intestato, & ex utraque filia natus esset, mediocrisne res in controversiam adducta est? Cum quaereretur de duobus civium capitibus & de puero, qui ex posteriore natus erat, & de ejus matre, quæ, si judicaretur certis quibusdam verbis, non novis nuptiis, fieri cum superiore divorcium, in concubina locum duceretur.* Schelius.

¹ *Pro hæredibus Urbinæ.*] Quintilianus me duxit ad emendationem, quem vide lib. 4. cap. 1. nam Asinium disertim pro hæredibus Urbinæ laudat. In tritis libris erat *Ironia*: in veteri *Urinæ*. Lipsius.

² *Et ridiculum fortasse videtur.*] Lego, videbitur. Et Muretus. Acidalius.

³ *Pænulas istas, quibus astricti & velut inclusi cum iudicibus fabulamur.*] Pæn-

nulas hic dat oratoribus: at Fabius l. xi. cap. 3. non nisi togæ meminit, ex quo vir doctus efficit, Fabium hujus dialogi auctorem non esse. Quod tamen nescio an satis firmum argumentum sit: nam quum hic sexto Vespasiani anno hos introducat loquentes, & se huic sermone interfuisse dicat, neque alios mores, quam qui Quintiliani ævo vixerunt, hic debuit descripsisse, neque eos potuit ignorare. Quid ergo dicemus? Quem admodum Messala hic causas corruptæ ejus ævi eloquentiæ recensens, vitiaque exagitans, pænularum tantum meminit, quas improbat, non togæ quam probat: sic Fabium non tam, quid fiat interdum, quam quid fieri debeat, docentem togarum solarum facere mentionem. Nam utrisque pro re & loco usos ejus temporis patronos ex his locis colligitur. Nisi si aliquis velit à Domitiano reductas togas, cum ante pænulas in forum irrupissent. Fabius *Est aliquid in amictu, quod ipsum aliquatenus temporum conditione mutatum est. Nam veteribus nulli sinus; perquam breves post illos fuerunt. Itaque etiam gestu necesse est usos esse in principis eos alio, quorum brachium, sicut Græcorum, veste continebatur: sed nos de presentibus loquimur.* Schelius.

& tabularia credimus, in quibus jam fere plurimæ causæ explicantur? Nam quomodo nobiles equos cursus & spatia probant; sic est aliquis oratorum campus, per quem nisi liberi & soluti ferantur, debilitatur ac frangitur eloquentia. Ipsam quinimmo curam & diligentem styli anxietatem contrariam experimur: quia sæpe interrogat judex; *quando incipias*; & ex interrogatione ejus incipiendum est. Frequenter probationibus & testibus, silentium patronus indicit. unus inter hæc dicenti ac alter affistit, & res velut in solitudine agitur. Oratori autem clamore plausuque opus est, & velut quodam teatro. qualia cottidie antiquis oratoribus contingebant: cum tot pariter ac tam nobiles forum coartarent: cum clientelæ quoque, & tribus, & municipiorum legationes, ac partes Italiæ periclitantibus affisterent: cum in plerisque judiciis crederet populus Roman. sua interesse quid judicaretur. Satis constat C. Cornelium, & M. Scaurum, & T. Milonem, & L. Bestiam, & P. Vatinius, concursu totius civitatis & accusatos & defensos, ut frigidissimos quoque oratores, ipsa certantis populi studia, excitare & incendere potuerint. Itaque hercule ejusmodi libri exstant, ut ipsi quoque qui egerunt, non aliis magis orationibus censeantur. Jam vero con- 40
 ciones assiduas, & datum jus quoque potentissimum quemque vexandi, atque ipsa inimicitiarum gloria: cum se pluri-
 mi desertorum, ne à P. quidem Scipione, aut Sylla, aut Gn. Pompejo abstinerint, & ad incessendos principes viros, ut est natura invidiæ, populi quoque histriones auribus uterentur, quantum ardorem ingeniis, quas oratoribus faces admovebant! Non de otiosa & quieta re loquimur, & quæ probitate & modestia gaudeat: sed est magna ista & notabilis eloquentia, alumna licentiæ, quam stulti *libertatem* vocabant, ² comes seditionum,
 effre-

¹ Datum jus quoque potentissimum.] Malim: cuique. Gronovius.

² Comes seditionum.] Lego, fomes. Quod probes, si ad sequens verbum inci-

tamentum respicias: at si ad superius alumna, dubites, an non potius comes. Acidalius.

effrenati populi incitamentum, sine obsequio, ¹ sine servitute, contumax, temeraria, arrogans, ² quæ in bene constitutis civitatibus non oritur. ³ Quem enim oratorem Lacedæmonium, quem Cretensem accipimus? ⁴ quarum civitatum severissima disciplina, & severissimæ leges traduntur. Nec Macedonum quidem ac Persarum, ac ullius gentis, quæ certo imperio contenta fuerit, eloquentiam novimus. Rhodii quidam, Athenienses plurimi oratores exstiterunt, apud quos omnia populus, omnia imperiti, omnia, ut sic dixerim, omnes poterant. Nostra quoque civitas donec erravit, donec se partibus, & dissensionibus, & discordiis confecit, donec nulla fuit in foro pax, nulla in senatu concordia, nulla in judiciis moderatio, nulla superiorum reverentia, nullus magistratum modus: tulit sine dubio valentiorum eloquentiam, sicuti indomitus ager habet quasdam herbas lætiores. Sed nec tanti Reipublicæ Gracchorum eloquentia fuit, ut pateretur & leges: nec ⁵ bonæ formæ eloquentiæ Cicero tali exitu

¹ Sine severitate] Al. servitute. Pith.

² Quæ in bene constitutis civitatibus non oritur] Paulo aliter Cicero Bruto. Pacis est comes otiique socia & jam bene constituta civitatis quasi alumna quedam eloquentia. Schelius.

³ Quem enim oratorem Lacedæmonium] Cicero Bruto: Hoc autem studium non erat commune Græciæ, sed proprium Athenarum. Quis enim aut Argivum Oratorem aut Corinthium aut Thebanum scit fuisse temporibus illis? nisi quid de Epaminonda, docto homine, suspicari libet. Lacedæmonium vero usque ad hoc tempus audivi fuisse neminem Idem Quem enim oratorem Lacedæmonium.] Miratur hoc idem Vellejus lib. 1. in extremo: nec causam dat, quam veram hic habes. Lipsius. Quintilianus lib. 3. cap. 8. Minus Lacedæmone studio literarum, quam Athenis, honoris merebuntur: plus patientia, fortitudo. Gronovius.

⁴ Quarum civitatum severissimæ disciplina severissimæque leges traduntur.] Vellejus de Lycurgo: Fuit severissima-

rum justissimarumque legum auctor & disciplina convenientissima vir. Ita legendum. Hic tamen offendat fortassis aliquos repetitio severissima. possis sanctissima. Schelius.

⁵ Bonæ formæ eloquentiæ.] Muretus, famam, non subscribente Acidalio, qui sine sententia esse putat: Cicero tali exitu pensavit: & mirifice transponendis verbis locum conturbat. Ego nihil hic agnosco vitii. Bonam eloquentiam dicit salubrem & publice utilem. Qualem fuisse Ciceroni norum est, & ad stipulatur Cremutius Cordus apud M. Senecam, qui rostra eum ait coluisse piis concionibus. Pensare exitum eloquentiæ est parem eloquentiæ exitum nancisci: ut Justino pensare partem cum amissis, de quo lib. 4. Observ. 13. Potuisset igitur dicere: Nec reipublica eloquentiam Gracchorum legibus eorundem pensavit: nec Ciceroni tanti fuit salubrior eloquentia, ut ob eam talem exitum faceret. Sane rō famam adderet aliquid sententiæ, ut non modo utilitatibus, sed etiam gloria & magnitudine

exitu pensavit. Sic quoque quod superest antiquis oratoribus, * forum¹ non emendare, nec usquam ad votum compositæ civitatis argumentum est quidem, quod nemo nos advocat, nisi aut nocens aut miser. ² quod municipium³ in civitatem nostram venit, nisi quod aut vicinus populus, aut domestica discordia agitat? quam provinciam tuemur, nisi spoliatam vexatamque? Atqui ⁴ melius fuisset ⁵ non queri, ⁶ quam vindicari. Quod si inveniretur aliqua civitas in qua nemo peccaret, supervacuum esset inter innocentes orator, sicut inter sanos medicus. Quo modo tamen minimum usus minimumque profectus ars medentis habet in his gentibus, quæ firmissima valetudine ac saluberrimis corporibus utuntur: sic minor oratorum obscuriorque gloria est inter bonos mores, & in obsequium regentis paratos. Quid enim opus est longis in senatu sententiis, cum optimi cito consentiant? Quid multis apud populum concionibus, cum de republica non imperiti & multi deliberent, sed sapientissimus & unus? Quid voluntariis accusationibus, cum tam raro & tam parce peccetur?

rudine ejus præferretur Gracchis. Potest tamen retineri *formam*, ut sic idem, quod genus. Melius fuisset Republicæ Gracchos non fuisse disertos, quam facundia ad seditiosas leges ferendas uti: melius Ciceroni quamvis salubris eloquentiæ genere vel fama caruisse, quam propter illam sic perire. Gronovius.

1 *Non emendare nec usquam ad votum.*] Recte Lipsius, *non emendata, neque usque ad.* Sed quæ sententia in illis, *superest antiquis oratoribus*, clamat Acidalius, qui solus hæc ausus post Lipsium tentare. Et tamen una litera expuncta nos expediet. Scribe: *Sic quoque, quod superest antiqui oratoribus, forum, non emendata, nec usque ad votum compositæ civitatis argumentum est.* Nempe conciones sustulerunt Cæsares. Una ratio ex tot apud antiquos occasionibus ostentandi ingenii & eloquentiæ exercendæ relicta erat, forum & causarum patrocinia. Hoc antiqui solum oratoribus supererat. Livius lib. 34. *Quod ma-*

turi erat circa, demessum & convectum est. Quod sequitur, accipiendum ex codice Farnesiano: *Qui enim nos advocat, nisi aut nocens aut miser?* De verbo *advocare* diximus ad Senec. de element. 1.9. Gronovius.

2 *Quod municipium in civitatem nostram.*] In *clientelam nostram* rectius habet editio Pithœi. Supra. *Cum tot amicorum cause tot coloniarum ac municipiorum clientelæ in forum vocent.* Schel.

3 *In clientelam.*] Al. *In civitatem.* Pith.
4 *Melius fuisset non queri.*] An non fieri? Schelius.

5 *Non queri quam judicari.*] Bene Lipsium legere *vindicari*; sed non id satis. Muretum optime totum locum emendasse: *Atqui melius fuisset non fieri, quam vindicari, censeret Acidalius.* Immo pejus. *Non queri*, est, illos non fuisse injuria affectos, eoque nec querelarum causam habuisse. Gronovius.

6 *Quam vindicari.*] Al. *quam judicari.* Pithœus.

cetur? Quid invidiosis & ¹excedentibus modum defensionibus, cum clementia cognoscentis obviam periclitantibus erat? Credite optimi, & in quantum opus est discretissimi viri, si aut vos prioribus sæculis, aut isti quos miramur, his nati essent, ac deus aliquis vitas vestras, ²vestra tempora repente mutasset; nec vobis summa illa laus & gloria in eloquentia, neque illis modus & temperamentum defuisset. Nunc quoniam, nemo eodem tempore assequi potest magnam famam & magnam quietem, bonis sæculi sui quisque, citra obrectationem alterius, utatur. Finierat Maternus. Tum Messalla: *Erant quibus contradicerem, erant de quibus plura dici vellem, nisi jam dies* 42 *esset exactus. Fiet, inquit Maternus, postea arbitrato tuo, & si qua tibi obscura in hoc meo sermone visa sunt, de his rursus conferemus. Ac simul assurgens & Aprum complexus, Ego, inquit, te poëtis; Messalla, ³antiquariis, criminabimur. At ego vos rhetoribus & scholasticis, inquit. Cum adrisissent, discessimus.*

¹ Excedentibus modum.] Vet. excellentibus morum. Idem.
² Vestra tempora.] Vet. vestra tempora. Idem.

³ Antiquariis.] Vet. cum antiquariis. Idem.

F I N I S.

HENRI.